This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Ga
9
653

Ga 9.653

Harvard College Library

~~FROM~~

By exchange.

12 Dec. 1898

Da 9.653

I. F. P. VAN ANROOY.

QUAESTIONES DE EPITHETORUM COMPOSITORUM USU APUD AESCHYLUM ET EURIPIDEM.

TRAJECTI AD RHENUM
APUD C. H. E. BREIJER
MDCCCXCVII.

QUAESTIONES DE EPITHETORUM COMPOSITORUM USU APUD AESCHYLUM ET EURIPIDEM.

QUAESTIONES DE EPITHETORUM COMPOSITORUM USU APUD AESCHYLUM ET EURIPIDEM.

DISSERTATIO LITTERARIA

QUAM

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

J. J. P. VALETON Jr.

Theol. Doct. in Facul. Theol. Prof.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE ET LITTERARUM DECRETO

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA

HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS FACULTATIS EXAMINI PROPONET

Ioannes Fredericus Petrus van Anrooy,

BOMELIENSIS.

Die XVI m. Décembris A. MDCCCXCVII, Hora IV.

UTRECHT
C. H. E. BREIJER
1897.

Ga. 9. 653

DEC 1933

By exchange

ZUID-HOLL. BOEK- EN HANDELSDRUKKERIJ.

MATRI OPTIMAE CARISSIMAE.

Studiis Academicis peractis, gaudeo mihi datam esse occasionem, qua declarem animum meum gratum in Vos omnes, Viri Clarissimi, Litterariae Facultatis Professores, quorum institutione frui per septem annos mihi licuit. Persuasum vobis habeatis, me mumquam obliturum esse, quantum vobis debeam.

Imprimis ad te his verbis me converto, clarissime van Herwerden, qui munus promotoris suscipere voluisti. Quod specimen meum tibi cordi fuit, gratias tibi ago quam maximas.

Vos, amici coniunctissimi, valete, meique ne sitis immemores.

CAPUT I.

Quaerenti de usu epithetorum compositorum apud tragicos miraculo solet esse, quam libera iidemque perfectissima arte haec adhibuerint, ut breviter concinne eleganter tamquam in pictura pro nudis prosae orationis notionibus proponerent mentibus animisque nostris florentissimas poeseos imagines. Sed ipsa illa libertas propius intuentibus non paucas difficultates parit, si id agimus ut data ratione diversitatem poetici generis dicendi explicare eiusque audaciam aliquibus certe terminis definire studeamus.

In summam autem eo spectatur quod saepissime cum substantivis nominibus apud tragicos iunguntur adiectiva, quae primo obtutu ad eorum sententiam definiendam illustrandamve pertinere nihil videantur. Unde etiam Hermannus *ad Viger.* pg. 889 dicit: „Poetae Graeci, maximeque tragici, satis habentes, si notiones omnes, quibus opus est, afferantur, saepe nihil curant, utrum sic iungantur, ut par est, an prorsus confun-

dantur ac permutentur. Ita non videtur corrigendum hoc Euripidis in H. F. 398: χρυσέων πετάλων ἀπὸ μηλοφόρον χερὶ καρπὸν ἀμέρξων, quod, si recte loqui voluisset, dici debebat χρυσέον πετάλων ἀπὸ μηλοφόρων καρπόν." Sic Hermannus [1]).

Sed usu venit, ut in talibus locutionibus alterum substantivum adsit, quocum aptissime ad sensum adiectivum illud iungatur, quod tamen alteri substantivo apponere maluit poeta. Quodsi Hermanni sententia valeret, nec profecto id accideret et omnino talis habitus poeticae orationis apud Graecos exspectandus fuerat, qualis est apud Indos, qui radicibus nudis verborum iunctis constructionem grammaticam legentibus relinquunt plerumque; cuius dicendi generis exemplum apud Aristophanem exstat Eccl. 1169 sqq. Itaque alii, veteres grammaticos secuti, legitimam quandam rationem poetis permiserunt, epitheti quam vocant traiectionem, quae tamen nequaquam omnes casus complectitur et ipsa explicatione eget.

Nobis autem cum propositum sit, quam plurimas harum locutionum tractare et varium usum, quantum potuerimus certis finibus distinguere, aptum visum est primo adhibita una tragoedia materiam tractandam proponere, sed non antequam unum animadvertimus, quod nobis dabit locus Arist. Ran. 1138 sqq. Facit Comicus

---

[1]) Mihi tamen cum Wakefieldio corrigendum videtur μηλοφόρων cf. v. Herwerden ad Ionem 422.

ab Euripide rogari Aeschylum, ut prologum aliquem examini suo subiciat; cui ille recitat initium Choeph.:

„Ἑρμῆ χθόνιε, πατρῷ' ἐποπτεύων κράτη, verba scilicet Orestis precantis in tumulo patris mortui. Tum Euripides pergit: „An hoc vis: Hermes, qui patris mei caedem aspexisti? Minime, respondet Aeschylus, sed hoc: Hermes, qui ut ψυχόπομπος munere fungeris, a Iove patre tibi dato".

Utra probabilior huius loci sententia sit, in medio relinquamus, sed hoc videmus Aeschylum voci κράτη omnino alium sensum attribuere atque Euripidem, itaque ambigui aliquid ex his verbis oriri; nempe diversa significatione substantivi simul functionem adiectivi πατρῷος mutari.

Quam observationem, a nemine quod sciam factam aut certe propositam magni momenti esse ad bene distinguendum artificiosum, ut ita dicam, illum epithetorum compositorum usum apud tragicos, etiam apparebit, si epitheta illa, quae in Helena tragoedia [1]) occurrunt brevi examini subiecerimus.

Qua in fabula extant fere LX adiectiva composita, quae munere epithetorum fungentia substantivis apponuntur, XX in dialogo, XL in carminibus lyricis.

Maxima quidem eorum pars interpretationi nullam difficultatem affert. Primo invenimus:

Plura cum εὖ, πολυ-, καλλι- composita:

---

[1]) Versuum numeros notavi ex Dindorfii editione quinta poet. scen. graec.

vs. 70 εὔθριγκοι ἕδραι

„ 76 εὐστόχῳ πτέρῳ

„ 10 εὐγενῆ παρθένον

„ 1331 εὐφύλλων ἐλίκων

„ 1464 εὐλιμένους ἀκτάς

„ 1570 εὔσφυρος πούς.

In his exemplis nulla perspicitur in epithetorum substantivorumque coniunctione audacia, ut non alia re quam sola compositione a simplicibus adiectivis haec epitheta discrepent. In voce εὐγενής = γενναῖος, *nobilis* vis compositionis plane evanuit. Significatione adiectiva ita composita fere nihil differunt ab adiectivis derivatis in — εις exeuntibus, cf. εὔκυκλος i. q. κυκλόεις. Idem cadit in iis, in quorum priore membro πολυ — et καλλι — conspiciuntur:

vs. 199 ὄνομα πολύπονον

„ 202 πολυπλανὴς πόσις

„ 211 δαίμονος πολυστόνου

„ 493 καλλίδοναξ Εὐρώτας

cf vs. 208 δονακοέντος Εὐρώτα.

His opposita sunt quae ab ἀ, δυς — κακο — incipiunt, ut

vs. 405 ἄξενοι ἐπιδρομαί (Herw. ἐπιστροφαί)

„ 687 δι' ἐμὲ δύσγαμον

„ 1120 Πάρις αἰνόγαμος, quod idem est ac δύσγαμος

„ 694 ἐμὲ κακόποτμον

„ 1327, 1485 ἄχλοα, ἄβροχα πέδια γᾶς.

Ex his tria, vs. 213 *αἰὼν δυσαίων*, vs. 363 *ἐργ' ἄνεργα*, vs. 690 *γάμος ἄγαμος*, nituntur illo apud tragicos dicendi genere, quod oxymori nomine grammatici appellare solent. In consuetudine enim habent poetae in oratione plena acerbitatis, ne nimis sint in usu adiectivorum *κακὸς*, *πονηρὸς*, *ἀτυχὴς*, id quod atrox ac funestum est ita exprimere ut substantivo apponant adiectivum eiusdem stirpis ac potestatis cum *α* privativo vel cum *δυς* compositum. Imitati sunt Homerum, qui dicit Od. 23 : 97 *μῆτερ ἐμὴ δύσμητερ*. Putanda tamen est horum compositorum primaria vis haec esse, ut notioni substantivo expressae contrarium ita apponant, ut nova evadat. Praeivit idem Homerus, dicens Od. 18 : 73 *Ἶρος Ἄιρος* i. e. Irus, qui iam Irus non amplius est. Ad cuius exemplum Aeschylus finxit: Pers. 680 *ἐξέφθινται τρίσκαλμοι νᾶες ἄναες* i. e. naves, quae iam naves non amplius sunt. Eum. 457 *ἄπολιν Ἰλίου πόλιν ἔθηκας*, ibid. 1034 *Νυκτὸς παῖδες ἄπαιδες*, i. e. noctis filiae, quae non iam aetate filiae sunt, i. e. grandaevae. Euripides: Suppl. 32 *δεσμὸς ἄδεσμος* i. e. vinculum, quod specie tantum est vinculum. I. T. 832 *δάκρυ ἄδακρυ*, lacrimae, quae lacrimae non sunt, ut nos dicimus „vreugdetranen" cf. Hel. 654 *δάκρυα χαρμονᾶν*.

Quoniam tamen, ut recte dicit J. Schmidt [1]), id quod

---

[1]) de Epithetis Compositis in tragoedia Graeca usurpatis pg. 44.

naturae suae repugnat, saepius atrox et funestum est, haec notio aliis locis accedit, velut *γάμος ἄγαμος*, *ἔργ' ἄνεργα*. Cf. etiam Soph. El. 1143 *μήτηρ ἀμήτωρ*, aliaque exempla apud Schmidt l. c., Dettweiler [1]), Römheld [2]), qui omnes satis copiose ac diligenter de hoc usu dicendi disputaverunt.

Porro legimus in Helena:

vs. 167 *πτεροφόροι νεάνιδες*
„ 206 *ἱππόκροτα πέδια*
„ 215 *Ζεὺς χιονόχρως*
„ 243 *ὠκύπους γόνος*
„ 373 *ἀπαλόχροα γένυν*
„ 379 *θηρῶν λαχνογυίων*
„ 518 *μελαμφαὲς δι' ἔρεβος*
„ 570 *νυκτίφαντον πρόπολον*
„ 584 *θεοπόνητα λέχη*
„ 629 *φλογὶ φαεσφόρῳ*
„ 640 *κόροι λευκόπωλοι ξυναίμονες*
„ 693 *χαλκεόπλων Δαναῶν*
„ 983, 1044 *δίστομον ξίφος*
„ 1039 *τετράζυγοι ὄχοι*
„ 1107 *ἐναύλειοι δενδρόκομοι*

---

[1]) Ueber den freieren Gebrauch der zusammengesetzten Adj. bei Aeschylus II pg. 22.

[2]) De Epithetorum Compositorum apud Euripidem usu ac formatione. pg. 178 sqq.

vs. 1263 χαλκήλαθ' ὅπλα
„ 1305 βαρύβρομον κῦμα
„ 1324 χιονοθρέμμονας σκοπιάς
„ 1347 τύπανα βυρσοτενῆ
„ 1516 πεδοστιβεῖ ποδί
„ 1490 Ὀαρίωνα τ' ἐννύχιον
„ 1531 ναῦς πρωτόπλους
„ 1485 καρποφόρον πέδιον

quae omnia nihil habent artificiosi nec audacia conspicua sunt.

Utrumque enim membrum plenam suam significationem conservat, et compositum prorsus definit atque illustrat substantivum cui appositum est. —

Elegantia autem tragicae orationis simulque ubertas dicendi perspicitur in adiectivis adverbio numerali compositis. Poetae enim ieiunitatis vitandae causa, quae inest in simplici numerali notione, venustissime compositis usi sunt. Habemus in Helena tria exemplа:

vs. 378 ἃ λεχέων ἐπέβας τετραβάμοσι γυίοις, pro τέτταρσι γυίοις sed cum notione incedendi, quae etiam verbo continetur (cf. Phoen. 809 τετραβάμοσι χαλαῖς τείχεσι χριμπτομένα).

vs. 1127 μονόκωπος ἀνήρ de Nauplio dictum, qui solus multas naves dolo perdidit.

vs. 358 τρίζυγοι θεαί, pro simplici τρεῖς θεαί. Minerva,

Iuno, Venus, de quibus haec verba dicta sunt, nullo coniunctae sunt vinculo, ita ut notio quae voci ζυγόν inest plane evanescat. Alia prorsus significatione Euripides vs. 1039 scribit τετράζυγοι ὄχοι.

Sequantur nunc illa adiectiva, quae cum substantivis coniuncta primo obtutu ad eorum sententiam definiendam pertinere nihil videantur, et quorum varium usum apud Aeschylum et Euripidem explicare mihi in hoc libello propositum est.

Quae in Helena extant haec sunt:

vs. 1 Νείλου καλλιπάρθενοι ῥοαί

„ 136 εὐγενῆ δέρην. vs. 1187 κρατὸς εὐγενοῦς

„ 154 Φόναι θηροκτόνοι

„ 204 Κάστορος τε συγγόνου τε διδυμογενὲς ἄγαλμα πατρίδος

„ 355 ξιφοκτόνον διώγμα / αὐτοσίδαρος ἅμιλλα

„ 386 τεθρίππους ἁμίλλας

„ 1320 πολυπλανήτων πόνων

„ 1382 ναύφθορος στολή. 1539 ναύφθοροι πέπλοι

„ 1474 βούθυτον ἡμέραν

„ 1502 κυανόχροα κυμάτων ῥόθια

καλλιπάρθενοι ῥοαί. Lobeck Paralip. II pg. 372 aliique de hoc epitheto disputantes id pro attributivo haberi volunt, i. e. καλὰς παρθένους ἔχουσαι, explicantque Nilum ita appellari propter nymphas quas veteres fontes et

flumina incolere putabant. Equidem cum C. C. Henseno [1]) potius credo, a poeta flumen tamquam virginem oculis nostris subici. Epitheton igitur determinativum est et καλλιπάρθενοι idem valent ac ῥοαὶ καλαὶ παρθένοι. Eundem in modum dictum est Bacch. 520 Ἀχελῴου θύγατερ, εὐπάρθενε Δίρκα, et Pers. 613 λιβάσιν ὑδρηλαῖς παρθένου πηγῆς μετά, ubi παρθένου adiectivum est, quod a schol. per καθαρᾶς explicatur.

Quo fortasse nititur Hermanni sententia, quam probare non possum, censentis Hel. vs. 1 Euripidem aquas Nili spectare nullius cum alius fluvii aquis commixtas, sed e solis nivibus prognatas.

Vide apud Hensen l. c. I pg. 227 etiam exempla nonnulla e Latinis poetis citata: Verg. Copa 15 virgineus amnis. Ovid. Amor. 3, 385 nec vos Campus habet, nec vos gelidissima Virgo. Fast. 1, 464 virginea campus obitur aqua. Ad καλλιπάρθενοι pro καλαὶ παρθένοι cf. I. T. 1234 εὔπαις ὁ Λατοῦς γόνος. Orest. 964 Περσέφασσα καλλίπαις θεά. —

βρόχῳ ἐνάψασαν εὐγενῆ δέρην. εὐγενής i. q. „nobilis" epitheton est quod proprie personae additur [2]). A poeta

---

[1]) Poetische Personification in Griechischen Dichtungen I p. 227.

[2]) cf. vs. 10 εὐγενῆ παρθένον, et Ph. 445, Alc. 333. Andr. 566. Ion. 392. H. F. 843. El. 528, multos alios locos.

tamen ad partem corporis transfertur, quoniam cervicem commemorans totam personam cogitat. Quae igitur translatio synecdochica iure dici potest. Item vs. 1186: ἔκ τε κρατὸς εὐγενοῦς κόμας ἀπέθρισας. —

In verbis Κάστορός τε συγγόνου τε δίδυμογενὲς ἄγαλμα πατρίδος adi. δίδυμογενές proprie ad fratres geminos Castorem et Pollucem pertinere luce clarius est. Quod tamen adiectivum compositum additur voci ἄγαλμα hoc ita explicandum est, ut per ἄγαλμα adhibita a poeta periphrasi, quae singulares homines eorumque condicionem depingit ac describit, epitheton cum eo quod periphrasin facit copulatum esse intelligamus.

Porro δίδυμογενές pro simplici δίδυμος dictum ad eundem usum referendum est, quo dicit poeta τρίζυγοι θεαὶ pro τρεῖς θεαί. Cf. El. 117 δίγονα σώματα, H. F. 1023 τέκνα τρίγονα, Ion 496 κόραι τρίγονοι. Oratio enim et Aeschylea et Euripidea abundat epithetis cum γονος et γενής compositis, quorum nascendi notio in altera parte conspicua, addita tantum, ut plenior fiat et auribus magis blandiens oratio, saepius evanescit. Pers. 6 Ξέρξης Δαρειογενής compositum quidem plenam habet significationem suam, quae etiam Pers. 12 ἰσχὺς Ἀσιατογενὴς, ib. 43 ἠπειρογενὲς ἔθνος, Agam. 898 μονογενὲς τέκτον, Hec. 458 πρωτόγονος φοίνιξ quodammodo sentitur. Sed Sept. 741 παλαιγενὴς παρβασία, Agam. 1637 ἐχθρὸς παλαιγενής, Eum.

179 παλαιγενεῖς Μοῖραι, Med. 421 παλαιγενέων ἀοιδᾶν, Troad. 488 πρεσβυγενὲς Πρίαμε, Bacch. 117 θηλυγενὴς ὄχλος (cf Aesch. Suppl. 29 θηλυγενῆ στόλον), ibid. 1156 θηλυγενὴς στολή, Or. 396 ἀπὸ θεογόνων γάμων (ex divinis nuptiis) composita nihil a simplicibus παλαιὸς, πρέσβυς, θῆλυς, θεῖος differunt.

Denique animadvertimus ἄγαλμα etiam ad πατρίδος pertinere, ita ut hoc loco habeamus constructionem quae dicitur ἐκ παραλλήλου, et totam locutionem, cui inesse aliquam audaciam dicendi negari non potest, vernacula lingua idem valere ac: „de tweelingen Castor en Pollux, het sieraad van het vaderland." —

Ad rationem intelligendam, quae inest locutionibus τεθρίππους ἁμίλλας et αὐτοσίδαρος ἅμιλλα adiectivi coniuncti cum substantivo, utile est conferre vernaculi sermonis locutiones, qualis est: „bloedige strijd." Non enim ita proprie adiectivum „bloedig" ad substantivum „strijd" pertinet, ut cum dicimus e. c. „mensam rotundam." In hac enim locutione statim sentitur vinculum quo adiectivum cum substantivo copulatur, sed in „bloedige strijd" aliquid extra verba ipsa cogitatione est supplendum, notionem scilicet pugnantium, quos proprie sanguine maculatos dicere possumus. Ut supra tractantes locum Arist. Ran. 1138 ssq. vidimus functionem adiectivi πατρῷος mutari varia significatione substantivi

κράτος, sic e functione quam habet „strijd, ἄμιλλα," pendet munus, quo fungitur adiectivum cum substantivo illo coniunctum. Conferri etiam possunt nostrae linguae expressiones, quales sunt „een belemmerde vergadering," ubi actio verbi ipsa per substantivum verbale exprimitur, „een voltallige vergadering," quae verba tantum valent, quantum „voltallig vergaderden" ita ut „vergadering" significet eos, qui convenerunt, et „de geestdriftige vergadering," ubi substantivum vi collectiva usurpatum deinde personae vicem gerit.

Eundem in modum atque „voltallige vergadering" dictum est: τεθρίππους ἀμίλλας i. q. τέτταρας ἵππους ἀμιλλωμένους.

αὐτοσίδαρος ἄμιλλα autem ita explicandum est, quoniam ἄμιλλα hic ad actionem spectat, ut epitheton, quod significat „ipse ferrum adhibens" cf. αὐτουργός, per traiectionem ab actore ad actionem translatum sit, ut verbi causa cum nos dicimus „verstandig onderwijs" adiectivum traiectum est a praeceptore, qui prudens est, ad eius institutionem. Eadem translatio epitheti a poeta adhibetur in ξιφοκτόνον δίωγμα. Contra in Or. vers. 989 τὸ πτανὸν δίωγμα πώλων, „alatus equorum impetus", quae verba valent idem ac οἱ πτανοὶ διωκόμενοι πῶλοι, videmus substantivum δίωγμα habere functionem diversam a δίωγμα in loco Helenae, et epitheton πτανόν sine traiectione ad substantivum pertinere.

Eandem interpretationem ac ξιφοκτόνον δίωγμα admittit vs. 154 φοναὶ θηροκτόνοι, et vs. 1320 πολυπλανήτων πόνων. Minus recte igitur Hugo Jurenka (Wiener Stud. XVIII: 2 pg. 252) ad Aesch. Prom. 585 πολύπλανοι πλαναὶ sic interpretatur: „πολύπλανοι bezeichnet die einzelnen Bestandtheile der groszen Irrfahrt (πλαναί)." Tali interpretationi quamvis locus esse possit in Alcm. fr. 1 πολυμμελὲς μέλος (vielgliedriges Lied), aut in Platonis Phaedro 238 A ὕβρις δὲ δὴ πολυώνυμον· πολυμμελὲς γὰρ καὶ πολυειδές, tamen ex comparato versu 202 Helenae: πολυπλανὴς πόσις apparet ad personam potius esse referendum epitheton. —

vs. 1474 βούθυτον ἀμέραν ὁ Διὸς εἶπε σέβειν γόνος.

Tragicos maxime delectatos esse epitheto βούθυτος cum substantivo aliquo coniuncto colligi potest ex Aeschyleis: Ch. 261 βουθύτοις ἐν ἤμασιν, Suppl. 706 βουθύτοισι τιμαῖς, praeter Hel. locum ex his Euripidis: Ion 664 βουθύτῳ σὺν ἡδονῇ, Alc. 1159 βουθύτοισι προστροπαῖς, et Sophoclis: O. C. 1495 βούθυτον ἑστίαν. Similiter dicit idem poeta Trach. 609 ἡμέρᾳ ταυροσφάγῳ, et Aeschylus Agam. 1592 κρεουργὸν ἦμαρ.

Credo his epithetis activam significationem adscribi oportere, quod Lobeck in Commentario ad Aiacem vs. 324 me docet, disputans de accentu adiectivorum compositorum. Hel. 1474, Ch. 261 βούθυτος „boves immolans", Trach. 609 ταυροσφάγος „tauros mactans", Ag.

1592 κρεουργός „carnes distribuens" proprie de hominibus dicta translata sunt ad tempus, quo quis aliquid agit [1]). Quoniam tamen ἦμαρ propriam suam significationem amittit et in abstractam notionem „temporis" abit, epitheta illa cum substantivis ad unitatem notionis coalescunt, et quidem illam notionem actionis, quae adiectivo exprimitur. Sic Hel. 1474, Ch. 261 βωμοῖς ἀρήξει βουθύτοις ἐν ἤμασιν, Agam. 1592 κρεουργὸν ἦμαρ εὐθύμως ἄγειν, Soph. Trach. 609 πρὶν — δείξῃ θεοῖσιν ἡμέρᾳ ταυροσφάγῳ, adiectivo composito addito substantivo ἦμαρ nihil aliud significatur quam βουθυσία [2]), vel τὸ βουθυτεῖν, κρεουργία, ταυροσφαγία, quamquam haec substantiva apud tragicos non occurrunt. [3]) Quod optime hinc intelligi posse mihi videtur, quod a poeta, aliis substantivis cum βούθυτος coniunctis, fere idem significatur, velut Aesch. Suppl. 706: θεοὺς τίοιεν δαφνηφόροις βουθύτοισι τιμαῖς, quod

---

[1]) Idem vir doctus citat complura exempla, e quibus patet hoc dicendi genus etiam apud Hesiodum et posteriores poetas occurrere: Hes. Opp. 502 βουδόρα ἤματα, ibid. 781, 786 ἡμέρα ἀνδρογόνος. Aratus 824 βουλύσιος ὥρη. Nicander Ther. 494 ῥιζοτόμος ὥρη.

[2]) Quo verbo utitur Pindarus Nem. 10 : 23. Ol. 5 : 6.

[3]) Nostra lingua, servata voce ἦμαρ, dicere possumus: de koe-offer-dag, de stier-slacht-dag, una notio quam Graeci malunt exprimere adiectivo composito cum substantivo coniuncto. Cf. Bernhardy Griech. Syntax pag. 425: «Beim Adjectiv war der allgemeine Gesichtspunkt der verschiedenen Autoren eine nothwendige und zugleich anschauliche Verbindung desselben mit dem Substantiv anzudeuten.»

bene iam explicuit Schütz: „alludit poeta ad duo festa Athenis celebrari solita, quorum alterum Δαφνηφόρια, alterum Βουφόνια appellabatur." Ion 664 τῶν φίλων πλήρωμ' ἀθροίσας βουθύτῳ σὺν ἡδονῇ. Alc. 1156 βωμοὺς κνισᾶν βουθύτοισι προστροπαῖς.

In epithetis his cum ἦμαρ copulatis tragici Homerum sequuntur, apud quem multa exempla inveniuntur eiusdem generis dicendi. Il. 16: 831, 20 : 193 dicitur ἐλεύθερον ἦμαρ ἀπουράς pro ἐλευθερίαν. Duo loci obstant, quominus id interpretemur, ut idem significet ac ἦμαρ ἐλευθερίας, adiectivo genitivo substantivi respondente, quod vulgo creditur. [1]) Nam legitur Il. 8 : 72 ῥέπε δ' αἶσιμον ἦμαρ Ἀχαιῶν, Il. 22 : 212 ῥέπε δ' Ἕκτορος αἶσιμον ἦμαρ, ubi haec ratio interpretandi non obtinet; αἶσιμον ἦμαρ nihil aliud est quam ἡ αἶσα, fatum. Pro αἶσιμον legitur Il. 15 : 613 μόρσιμον ἦμαρ, Od. 10 : 175 πρίν μόρσιμον ἦμαρ ἐπέλθῃ. Cum hoc adiectivo Aeschyl. Suppl. 46 αἰών coniungit eodem sensu: ἐπεκραίνετο μόρσιμος αἰών.

Il. 16 : 836 extat: Τρωσὶ μεταπρέπω, ὅ σφιν ἀμύνω ἦμαρ ἀναγκαῖον, ubi ultima verba idem valent atque τὴν ἀνάγκην. Pro ἦμαρ scribit Sophocles Ai. 480 τύχη [2]): ὦ δέσποτ' Αἴας, τῆς ἀναγκαίας τύχης οὔκ ἐστιν οὐδὲν μεῖζον ἀνθρώποις κακόν, ubi ἀναγκαία τύχη non est ἡ δουλική, ut

[1]) Il. 6 : 528 κρητῆρα ἐλεύθερον στήσασθαι, ἐλεύθερον interpretandum est: « in honorem libertatis.»

[2]) cf. Lobeck ad hunc locum.

Eustath. pg. 1089, 38 explicat, sed nihil aliud, nisi quod dicit Diod. 15 : 63 *οὐδὲν ἰσχυρότερον ἀνάγκης καὶ τύχης*, Eur. Hel. 524 *δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύει πλέον*. Pro *ἀνάγκη* autem dicitur *ἀναγκαία τύχη*, ut Plato Legg. VII : 806: *εἰ διαμάχεσθαι περὶ πόλεως ἀναγκαία τύχη γίγνοιτο*, quod fortasse etiam in loco Diodori legendum est.

Il. 22 : 490 legitur *ἦμαρ ὀρφανικόν* pro *ἡ ὀρφανία*; eodem sensu Plato Legg. XI, 928a usurpatur *τύχη ὀρφανική*.

Il 11 : 484, 588, 15 : 375, 17 : 511 invenimus *νηλεὲς ἦμαρ*, „dies sine misericordia," i. e. „mors" cf. Il. 9 : 255 *κακὸν ἦμαρ*, 19 : 294, 409 *ὀλέθριον ἦμαρ*.

Il. 6 : 463 legitur *δούλιον ἦμαρ*, ad cuius analogiam Aeschylus finxit *δούλιον ζυγόν* pluribus locis: Sept. 75, 471, 793, Pers. 50, Agam. 953, Euripides Troad. 600; *δουλία αἶσα* Ch. 77, *δουλία μάζη* Agam. 1041, cf., quod eodem sensu extat Aias 499 *δουλία τροφή*. Eandem sententiam quae Agam. 1041 est in verbis *δουλίας μάζης τυχεῖν*, poeta Sept. 253 substantivo *δουλεία* exprimit: *μή με δουλείας τυχεῖν*.

Od. 8 : 466, 5 : 219, 3 : 233 legitur *νόστιμον ἦμαρ ἰδέσθαι*, 1 : 168 *νόστιμον ἦμαρ ὤλετο*, 1 : 9 *αὐτάρ ὁ τοῖσιν ἀφείλετο νόστιμον ἦμαρ*, quod Aesch. imitatur Pers. 261, ubi dicit *νόστιμον φάος*, Pers. 797 *στρατὸς κυρήσει νοστίμου σωτηρίας*, Agam. 343 *δεῖ γὰρ πρὸς οἴκους νοστίμου σωτηρίας*,

ibid. 1238 δοκεῖ δὲ *χαίρειν νοστίμῳ σωτηρίᾳ*, ubi, quoniam *νόστιμος σωτηρία* explicari non potest per „*σωτηρία τοῦ νόστου*, illa verba eadem sententia exhibentur ac *νόστιμον ἦμαρ*, *νόστιμον φάος*, quae verba nihil aliud exprimunt, nisi notionem „*νόστος*". —

vs. 1382 *ναύφθορος στολή*, 1539 *ναύφθοροι πέπλοι*.

Epitheton *ναύφθορος* qualitatem aliquam denotans substantivis tamquam innatam atque inhaerentem, ad analogiam adiectivorum possessivorum in *-ιος*, *-ῷος*, — ius (*οἰκία πατρῷα*, domus regia) cum substantivis coniungitur, quam coniunctionem nos substantivo composito reddimus, „schipbreukelingkleed". Quod autem nos hac forma compositionis consequi studemus, Graeci malunt exprimere adiectivo cum substantivo coniuncto.

Hunc in modum saepissime substantivis adduntur epitheta, quae aut aliis locis pro substantivis stant, aut substantiva sunt pro adiectivis usurpata [1]). —

---

[1]) Errat autem Schmidt pg. 14, putans Il. 24 : 58: "Εκτωρ μὲν θνητός τε, *γυναῖκα* τε θήσατο μαζὸν, *γυναῖκα* insolentius pro *γυναικεῖον* exhiberi. Nam quamquam huc spectant verba Gregorii gramm. de dial. pg. 108: Ἀττικῶν καὶ τὸ τὰ κτητικὰ λαμβάνειν ἀντὶ πρωτοτύπων, ὡς τὸ παρθενικὴ ἡ παρθένος, καὶ αὐτὰ τὰ πρωτότυπα ἀντὶ κτητικῶν, ὡς τὸ „*γυναῖκα* τε θήσατο μαζόν" ἀντὶ τοῦ *γυναικεῖον* ἐθήλασε μαζόν, et Schol. ad locum recte dicit: „τοὺς δὲ Ἀττικοὺς καὶ Δωριέας τοῖς κυριωτέροις χρῆσθαι ἀντὶ κτητικῶν· Ἕλληνα στρατὸν ἀντὶ τοῦ Ἑλληνικὸν καὶ ἄνθρωπον ἦθος ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπινον καὶ Ἑλλάδα διάλεκτον," tamen credo

vs. 1502 κυανόχροα τε κυμάτων ῥόθια, „caeruleus fluctuum strepitus."

Adiectivum proprie ad κυμάτων pertinet, sed substantivum regens cum genetivo in unitatis notionem coalescit, cui deinde poeta addit epitheton. —

Ex his exemplis, quae ex *Helena* attulimus, satis apparet, quanta audacia poeta epitheta composita in coniunctione cum substantivis adhibeat. Animo autem colligentes, quae de iis disputavimus, videmus complura epitheta ita coniungi cum substantivis, ut tantum per traiectionem horum cum substantivis coniunctio epithetorum explicari possit.

Unum genus, quod vocamus „ab actore ad actionem" constituimus 4 locis, vs. 154 θηροκτόνοι φοναί, vs. 354 ξιφοκτόνον δίωγμα, vs. 356 αὐτοσίδαρον ἅμιλλα, vs. 1320 πολυπλανήτων πόνων.

Alterum dant nobis vs. 136 εὐγενῆ δέρην, vs. 1187 κρατὸς εὐγενοῦς, ubi epitheton, quod de hominibus dici solet, ad partem horum corporis transfertur, adhibita figura, quae synecdoche dicitur.

γυναῖκα esse accusativum totius, et μαζόν accusativum partis. Quod voces Ἕλλην et Ἑλλάς sic usurpantur, (cf. Ag. 1254 Ἕλληνα φάτιν, Heracl. 130 στολὴν Ἕλληνα, Philoct. 224 σχῆμα Ἑλλάδος στολῆς, vide etiam Prom. 2 Σκύθην οἶμον, ib. 805 στρατὸν Ἀρίμασπον) inde explicandum est, ut recte dicit Schmidt, quod nomina gentium origine adiectiva sunt, quae res de „γυνή" non ita statui potest.

Tertium et quartum genus prorsus differunt a duobis primis: vs. 204 Κάστορος ... διδυμογενὲς ἄγαλμα epitheton, ut vidimus, cum voce quae periphrasin facit copulatur, vs. 1502 κυανόχροα κυμάτων ῥόθια genetivus et nomen regens in unam notionem coalescunt.

Contra epitheton sine traiectione adhibetur vs. 386 τεθρίππους ἀμίλλας, quibus in verbis idem valentibus ac τέτταρας ἵππους ἀμιλλωμένους vel τέθριππα ἀμιλλώμενα epitheton proprie ad substantivum pertinet, quod participii vice fungitur et pro praedicato est epitheti substantivi et subiecti vice fungentis („quadrigae quae certant"), ita ut nihil ex trinsecus cogitatione suppleri opus sit.

Restant tres loci, quorum unum vs. 1474 βούθυτον ἡμέραν sic explicavimus, ut epitheton cum substantivo ad unitatem notionis coalescat, et illam quidem notionem actionis, quae adiectivo exprimitur, ita ut βούθυτον ἡμέραν nihil aliud sit, nisi βουθυσία, dum ἡμέρα generalem temporis notionem efficit; duo vs. 1382 ναύφθορος στολή, 1539 ναύφθοροι πέπλοι pertinent ad illas locutiones, in quibus epitheton ad analogiam adiectivorum possessivorum cum substantivis coniungitur, quam coniunctionem nos plerumque substantivo composito reddimus.

E locis quos, ad explicandum βούθυτον ἡμέραν, ex Homero citavimus, videmus, liberiorem usum epithetorum etiam in epithetis simplicibus locum habere. Maior autem

dicendi audacia esse solet, si epitheta sunt composita.

Sed hoc maximum est, quod ex iis, quae hucusque scripsimus, derivari potest, dignumque ad quod animum attendas, quod nos putamus traiectionem a poeta adhiberi etiam in illis locutionibus, ubi alterum substantivum in genetivo positum non adsit, quocum melius ad sensum epitheton coniungi possit. Quod non faciunt plerique, qui ante nos de usu epithetorum compositornm scripserunt. Nam grammaticos secuti traiectionem epitheti tunc nominant, cum adiectivum pro genetivo, cui aptandum fuit, tribuitur casui quem dicunt regenti.

Videamus igitur, quae illi de eorum usu in medium protulerint.

CAPUT II.

Primus Lobeck bene animum advertit ad liberiorem illum, quem statuimus, epithetorum usum. Dicit enim ad Ai. vs. 7 : *εὖ δὲ σ'ἐκφέρει κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις*, (ubi melius ad sensum *εὔρινος*, quod est nominativus, cum substantivo *κυνός* coniungi potuisse videtur): „Poetis familiare est epitheta traicere".

Sed quamquam certum videri potest, poetas a levibus principiis (cf. iam apud Homerum *ἐμὰ κηδέα θυμοῦ*) exorsos ad maiorem transferendi audaciam progressos esse, tamen nemo tradidit, ut Lobeck recte dicit, quibus haec res regatur finibus. Nam Jacobs *ad Anthol. Pal. VI* : 230 *πριστὸν ψήκτρης κνῆσμα σιδηρόδετον* in explicando epitheto *σιδηρόδετον* coniuncto cum substantivo *κνῆσμα*, tantum hanc regulam constituit: „in periphrastica circumlocutione epitheton plerumque copulatur cum eo, quod periphrasin facit".

Neque magis Matthiae ad Phoen. 30 *τὸν ἐμὸν ὠδίνωντόνον*, dicens hunc poeticum dicendi usum ibi tantum locum

habere, ubi aut substantivum cum genetivo periphrasi inserviat, aut genetivus commode abesse possit (ut in Ant. 793 *νεῖκος ἀνδρῶν ξύναιμον*) sufficit ad omnia exempla a Lobeckio citata explicanda. Saepe enim fit, ut etiam praeter periphrasin adiectiva cum primario nomine potius coniungantur quam cum genetivo, ut Eur. Electra 450 : *Θέτιδος εἰνάλιον γόνον.*

Idem Matthiae *Griechische Grammatik II pg.* 1004 certas leges invenire conatus est. Sed post eius observationes, et id quod dicit Kühner *Ausführliche Griechische Grammatik II §* 402 manet, quod putat Bernhardy *Wissenschaftliche Syntax der Gr. Sprache pg.* 427 ad calcem paginae: „Eine sorgfältige Forschung über dieses poetische Idiom würde nicht unwichtig sein, um die antike Dichtertechnik zu beurtheilen, selbst um allerlei Mechanismus, wie die gefügige Hypallage zu verdrängen."

Ergo nitentes iis, quae hi viri docti disputaverunt, accuratius rem aggressi sunt J. Schmidt „de epithetis compositis in tragoedia Graeca usurpatis", Dettweiler „über den freieren Gebrauch der zusammengesetzten Adiectiva bei Aeschylus", Römheld „de epithetorum compositorum apud Euripidem usu ac formatione". Sed non dubito, quin ne his quidem contigerit, ut id, quod nos occupat, certis legibus circumscriberent atque varium usum poetici huius generis dicendi in diversas

classes dividerent, quamvis saepius meliora dederint.

Sic Schmidt pg. 22, 23 tria genera traiectionis epitheti distinguit:

1. In periphrasticis circumlocutionibus velut Prom. 91 τὸν πανόπτην κύκλον ἡλίου.
2. Nomen pendens cum nomine unde pendet ad unitatem notionis coalescit, velut Agam. 743 δηξίθυμον ἔρωτος ἄνθος.
3. „Idcirco epitheta non suis videntur applicata nominibus, quod vis eorum tantopere praevalet, ut pro licentia tragici sermonis eum sibi locum deposcant, unde et ad nomen regens et ad genetivum referantur." Ad haec verba interpretanda esse: Eum. 718 πρωτοκτόνοις προστροπαῖς Ἰξίονος, Phoen. 1062 αἷμα λιθόβολον δράκοντος.

Eadem genera statuit Römheld pg. 162, 163.

Quod attinet ad tertium genus, Schmidt pauca tantum exempla citat. Praeterea non dicit, quae sit illa licentia tragicorum poetarum, quare verba eius explicatione egent. Utrum igitur omnia exempla quae Römheld pg. 167 sqq. citat, velut Ion 112 ὦ νεηθαλὲς προπόλευμα δάφνης, I. A. 771 δοριπόνοις ἀσπίσι καὶ λόγχαις Ἀχαιῶν, H. F. 883 ἑκατογκεφάλοις ὄφεων ἰαχήμασι ad hanc legem interpretationem admittant, necne, merito dubitari potest.

Dettweiler pg. 16 non discernit inter primum et se-

cundum genus; nam verbi causa ad unam eandemque classem refert τὸν πανόπτην κύκλον ἡλίου, et Agam. 743 δηξίθυμον ἔρωτος ἄνθος.

Artificiosior epithetorum usus, ut ita vocemus, apud eum omnem explicationem desiderat. Ad hunc autem usum dicit omnes locutiones redigendas esse eas, in quibus vertendis epitheton cum genetivo iungendum sit.

Haec fere sunt, quae scriptores, quos nominavimus, de poetico genere dicendi, cui grammatici nomen „epitheti traiectionis" vel „hypallages" indiderunt, disseruerunt.

Videmus:

1°. Tantum ibi traiectionis mentionem fieri, ubi substantivo cum epitheto coniuncto alterum substantivum casu genetivo adsit, quocum melius ad sensum epitheton cohaeret.

2°. Ipsam autem hanc traiectionem, quam vocant, explicatione egere. —

Contra illis locis, ubi genetivus non adest, multa epitheta dicuntur ita cum substantivis coniungi, ut pro genetivis substantivorum nominum posita sint: eandem enim notionem attributivam, quae terminatione genetivi designetur, etiam adiectiva forma indicari.

Qui sic opinantur [1]) nituntur sententia viri docti

[1]) Matthiae pg. 1005, Kühner II pg. 222—225, Dettweiler pg. 5, Römheld pg. 190, J. Schmidt pg. 13.

G. Curtii, qui verbi causa genetivo δημο-ι-ο (pro δημοσιο) eandem originem vindicavit atque adiectivo δημόσιο-ς. [1]), quod maxime probabile esse videtur. Verum igitur esse potest, saepius adiectiva genetivo substantivi respondere, quod iam apud Homerum non raro accidere videmus, velut Il. 2 : 54 Νεστορέη παρὰ νηΐ, Πυληγενέος βασιλῆος, Il. 5 : 741 Γοργείη κεφάλη, δεινοῖο πελώρου, Il. 17 : 424 σιδήρειος ὀρυμαγδός, pro Νέστορος παρὰ νηΐ, Γοργοῦς κεφαλὴ, σιδήρου ὀρυμαγδός. [2]) Nihilominus credo hanc adiectivi et genetivi permutationem salva non ex omni parte sententia fieri; immo vero parvum discrimen inter utramque attributivam formam esse. Genetivo enim notionem magis fortuito nomini additam denotante, adiectivo autem qualitatem aliquam homini tamquam inhaerentem, vinculum inter adiectivum et substantivum prae illo, quod est inter genetivum et substantivum artius putandum est. Cuius rei luculentissimum exemplum, quamvis in loco interpolato, exstat O. R. 267 τῷ Λαβδακείῳ παιδὶ Πολυδώρου τε, quibus verbis propinquiorem cognationem, quae est Oedipo cum Labdaco

---

[1]) cf. etiam G. Meyer Curt. Stud. VI : pg. 250. W. Clemm ibid. VII : 84, 85.

[2]) Non bene, ut opinor, v. Leeuwen ad hunc locum σιδήρειος interpretatur «invictus,» quamvis translata haec adiectivi significatio optime se habeat locis, quos comparat vir doctus Il. 22 : 357 σιδήρεος ἐν φρεσὶ θυμὸς, 23 : 177 ἐν δὲ πυρὸς μένος ἧκε σιδήρεον.

bene exprimit, quisquis illorum versuum auctor est. Utcumque res se habet, constat multa adiectiva in *-ιος*, *-ῷος*, *-ιμος*, *-ικός* exeuntia, aliisque suffixis formata, quae omnia ad classem adiectivorum possessivorum pertinent, addita nominibus substantivis, haud multum a natura genetivi aliena esse, dummodo id bene memoria teneamus, quod modo diximus de artiore, quod est inter adiectivum et substantivum vinculo.

Dettweiler ex Aeschylo complura exempla citat, et quidem adiectivorum in *-ιος*:

Sept. 430 *κεραύνιοι βολαί*, [1]) Suppl. 2 *στόλος ἡμέτερος ναΐος*, Prom. 25 *πάχνη ἑῷα*, Agam. 2 *φρουρὰ ἔτεια*, ibid. 1593, 1242 *δαῖτα παιδείων κρεῶν*. Choeph. 232 *θήρειον γραφήν*, fr. 420 *γόος ἀηδόνιος* [2]).

Minus bene tamen explicat Agam. 513 *ἀγώνιοι θεοὶ* : *θεοὶ τῆς ἀγορᾶς*, hac in re secutus Eustath., qui dicit ad Ω pg. 1335, 58 : *καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἀγώνιοι θεοὶ, οἱ ἀγοραῖοι*. Verumtamen dii sunt, qui certaminibus praesunt (Hesych : *οἱ τῶν ἀγώνων προεστῶτες*), quod elucet ex Pind. Pyth. II : 18 *ἀγώνιος Ἑρμᾶς*, et Aesch. fr. 387 *ἐναγώνιε Μαίας καὶ Διὸς Ἑρμᾶ*.

Adiectivorum in *ιμος*:

---

[1]) Idem invenitur Troad. 92, cf. Phoen. 184, Troad. 80, Bacch. 288 *κεραύνιον πῦρ*, Alc. 129 *πλᾶκτρον πυρὸς κεραυνίου*. Bacch. 93 *κεραυνίῳ πλαγᾷ*, ibid. 594 *κεραύνιον λάμπαδα*.

[2]) cf. Arist. Ran. 683 *ἐπίκλαυτον ἀηδόνιον γόον*.

Agam. 1405 θανάσιμον γόον, ibid. 1276 θανασίμους τύχας.[1])
Agam. 10 ἀλώσιμος βάξις, Sept. 635 ἀλώσιμος παιᾶν.

in ῶτις : Pers. 390 νησιῶτις πέτρα, fr. 41 : 6 δενδρῶτις ὥρα (Hermanni coniectura ex δένδρων τις codicum.)

Eodem modo Dettweiler dictum esse vult Homericum δούλιον ἦμαρ, νόστιμον ἦμαρ, adiectivo nomini abstracto δουλείας, νόστου respondente.

Item J. Schmidt pg. 14, Römheld pg. 190, Kühner II pg. 225. Cur tamen aliam praestare interpretationem his talibusque locutionibus, quibus tragici Homerum imitati sunt, censeamus, iam vidimus pg. 15 sqq.

Liberiore usu, quo epitheta simplicia nominibus adduntur, constituto, mirandum non est, ad analogiam huius generis dicendi tragicos etiam epitheta composita eodem pacto cum substantivis copulare. Iam ex Helena attulimus ναύφθορος στολή, ναύφθοροι πέπλοι. Porro legimus Pers. 106 ἱππιοχάρμας κλόνους, Hecuba 254 δημηγόρους τιμάς. Alc. 549 κλήσατε θύρας μεσκύλους. Minus accurate interpretatur Dettweiler locum Aeschyleum: κλόνοι ἱππιοχαρμῶν, Römheld locos Euripideos: δημηγόρων τιμάς, θύρας μεσαύλων. Ad bene totam vim epitheti cum substantivo coniuncti assequendam vertendum est: „ruitergewoel," „redenaarseer," „hofdeur." Hac enim composi-

[1]) Ubi autem adiectivum coll. Ion. 616 φάρμακα θανάσιμα, Aias 1012 θανασίμῳ πεσήματι fortasse etiam significare potest: letalis i. e. mortem afferens.

tionis forma, ut iam diximus pg. 17 tales locutiones in nostram linguam transferre consuevimus. Eundem in modum, si J. Schmidtio credere nobis licet, interpretandum est Hel. 386 τεθρίππους ἁμίλλας, quod pg. 12 aliter explicavimus.

Nam re vera difficile est credere hoc aliaque exempla apud eum obvia, atque etiam omnia ea, quae occurrunt apud Dettweiler pg. 6, 7, eam adiectivorum possessivorum analogiam secuta esse, velut Suppl. 182 ὄχλος ὑπασπιστὴρ καὶ δορυσσόος, quod poetam dixisse pro ὄχλος ὑπασπιστήρων καὶ δορυσσόων existimat. Hic enim accidit, ut saepius apud poetas, quod etiam nostra lingua probatur, ut nomen collectivum epitheto instruatur, quod proprie de iis, quibus continetur multitudo, dictum est.

In universum credo scriptores commentatoresque nimis hanc rationem interpretandi secutos esse, ut indicarent, quo modo tales vocabulorum coniunctiones vertendae essent, ut iustus sensus oreretur. Si hoc quaeritur, verum dicant, epitheta composita saepius ita dissolvi debere, ut utrumque membrum genetivo ponatur.

Sic explicantur Choeph. 335 δίπαις θρῆνος per δυοῖν παιδῶν θρῆνος, Prom. 148 ἀδαμαντοδέτοισι λύμαις per adamantinorum vinculorum dedecore, Eurip. Elect. 126 πολύδακρυν ἀδονάν, multarum lacrimarum delicias, Eur. fr. 359 τριπάρθενον ζεῦγος per τριῶν παρθένων ζεῦγος. Vide Dettweiler pg. 8 sqq. Römheld pg. 192. J. Schmidt pg. 19.

Sed quamquam verum fortasse est, haec omnia in solutam orationem sic transferri posse, tamen origo eiusmodi epitheti cum substantivo coniunctionis tali interpretatione plane non intelligitur. Explicatione etiam egent illa epitheta composita, quae, ut Dettweiler et Römheld putant, vix expediri possunt, nisi membra divellantur, et ita quidem, ut alterum membrum genetivo reddendum sit, prius autem ad substantivum accedat tamquam huius attributum. Dettweiler ex Aeschylo citat: Sept. 284 ἑπτατειχεῖς ἔξοδοι, septem moenium exitus [1]), Choeph. 23 ὀξύχειρ κτύπος, stridulus manuum sonus, Römheld ex Euripide v. c. Hippol. 68 εὐπατέρειαν αὐλάν, i. e. εὐδαίμονα πατρὸς αὐλάν. Haec enim interpretatio fines compositionis longe excedere videtur, et quodammodo congruit cum lege Hermanni, quam iam ab initio pg. 2 reiciendam putavi.

Locum Hel. 154 ἐν φοναῖς θηροκτόνοις, quem pg. 12 per „traiectionem ab actore ad actionem" dictum esse indicavimus, Römheld pg. 191 ita explicat, ut prius membrum pro genetivo sit, alterum autem abundet, additum

---

[1]) J. Schmidt pg. 19: ἑπτατειχεῖς ἔξοδοι dictum esse censet pro ἔξοδοι ἑπτὰ τειχῶν, quibus in verbis τείχη latiore significatu de turribus accipit. Quod dubium videri potest, et praeterea sano sensu caret. Fortasse legendum est ἑπτατευχεῖς ἔξοδοι, i. e. ἕπτα ἔξοδοι, numeralis nominis cum venustissima circumlocutione, de quo genere dicendi vide pg. 7.

tantum, ut oratio plenior fiat, unde haec verba idem valent ac φοναῖς θηρῶν. Sed quoniam causam apud eum desideramus, qua secundum membrum compositi abundet, et praeterea hoc exemplum ab iis, quae ad analogiam adiectivorum possessivorum dicta sunt, prorsus seiungendum est, fieri non potest, ut in eius opinionem me adducam. Eandem ob causam Dettweilerum pg. 14 sequi non possum, ubi Prom. 580 οἰστρήλατον δεῖμα interpretatur: „Furcht vor der Bremse, dem Wahnsinn", Eumen. 496 παιδότρωτα πάθεα „Leiden von Seiten der Kinder."

Item me longe discedere confiteor ab opinione in quam idem Römheld adductus est pg. 198 sqq, complura epitheta composita inveniri, quae toto enuntiato relativo dissolvenda sunt. Nam si vertit Med. 636 ἀμφίλογοι ὀργαί „animi perturbationes, quibus si homines affecti sunt, ab utraque parte fit altercatio", Hel. 1319 πολυπλάνητοι πόνοι, „labores, qui in multis erroribus versantur", Herc. F. 835 παιδοκτόνους φρενῶν ταραγμούς „animi perturbationes, quibus liberorum caedes conficitur", ibid. 812 ξιφηφόρων ἀγώνων „certaminum, in quibus ii, qui pugnant, gladios gerunt", Ion 664 βουθύτῳ σὺν ἡδονῇ „cum voluptate, quae ex immolandis bobus percipitur", Suppl. 773 μολπὰς ἐκχέω δακρυρρόους „cantus edo, quos dum cano, ipse lacrimo," Troad. 1003 δοριπετὴς ἀγωνία „certamen, in quo hasta homines cadunt, interficiuntur," pro interpretatione paraphrasin praebet, quae nihil lucis

affert ad originem illarum coniunctionum constituendam; et bene iam Dettweiler pg. 12 huic rationi explicandi sic se opponit: „Ich fürchte, dasz man durch dieses rein äuszerliches Schablonenwesen, wie es dem feinen griechischen Sprachgefühle sicher nie innewohnte, der Interpretation eines Dichters mehr schadet, als nützt."

Sed haec hactenus. Difficultas explicandi epitheta composita, de quibus J. Schmidt accuratius quaerere instituit, quoniam „homines docti de ea re vel tacent omnino, vel in annotationibus per lexica et commentarios dispersis mirifice dissentiunt," etiam post ea, quae hic vir atque Dettweiler et Römheld scripserunt, adhuc exstat. Non solum enim hi valde dissentiunt inter se, sed etiam magna est incertitudo interpretandi in singulis scriptoribus ipsis. Sic Dettweiler αἷμα χοιρόκτονον passive „sanguis porci occisi", Eumen. 233 καθαρμοῖς χοιροκτόνοις autem active scil. τοῦ κτείνειν τοὺς χοίρους accipit. [1]) Römheld βούθυτος ἡμέρα passive interpretatur „dies, quo boves immolantur", Ion. 664 βουθύτῳ σὺν ἡδονῇ „cum voluptate, quae ex immolandis bobus percipitur", Alc. 1156 βωμοὺς κνισᾶν βουθύτοισι προστροπαῖς „precibus cum boum sacrificiis (peractis)". Dettweiler autem βούθυτος ἡμέρα activo sensu dictum esse censet pro ἡμέρα τοῦ θύειν τοὺς βοῦς. Quam ob rem aliam viam interpretatio-

[1]) Dindorf Lexic. Aesch. s. v.: „a porcis mactatis proveniens."

nis ingrediendam esse persuasum mihi est. Quod etiam perspexit Frey *Studia Aeschylea III „Traiection" Schaffhausen* 1875.

Hic profectus a locis Aeschyleis qualis est Sept. 425: ὁ κόμπος οὐ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ recte observat vocem κόμπος per personificationem pro ipso homine glorianti poni; quodsi huic vocabulo adiectivum adiunctum inveniretur, de homine glorianti, non de gloriatione id intellegendum esse, cf pg. 67. Sic omnes status, acta omnia, omnia accidentia homini, quin etiam partes corporis eius, tempora, locaque, quibus quaeque agit, cogitationes vocesque humanas a poetis pro ipsis hominibus poni solere, vel potius ita, ut notio hominis involvatur, unde fiat, ut hisce omnibus adiectiva coniungantur, quae proprie ad personas pertineant, ut nos dicimus „drukke dag," „blijde verwachting," „gezonde spijs," „zittend leven." Videamus igitur, quid haec doctrina in interpretando liberiore epithetorum usu lucri faciat. Primum notandum eum pg. 52 recte animadvertere ad ea quae scripsit Todt [1]) de Eumen 476 μοῖραν οὐκ εὐπέμπελον: „suppleto — ait hic — infinitivo τοῦ εἶναι integrum compositum ponas nominativo subiecti" — „(das) mag richtig die Art und Weise angeben, wie wir den Ausdruck in Prosa umdrehen, für die Uebersetzung selbst und dazu, dass wir die Entstehung

[1]) De Aeschylo vocabulorum inventore Halae 1854 pg. 56.

des Ausdrucks verstehen, gewinnen wir damit nichts". Profecto in locis, quales sunt Eumen. 102 *πρὸς χερῶν μητροκτόνων*, Sept. 932 *ὑπ' ἀλλαλοφόνοις χερσὶν ὁμοσπόροισιν* non possumus non concedere vocabula *χερῶν*, *χερσίν* hominem designari, qui recte *μητροκτόνος* dicitur, vel *ἀλλαλοφόνος*, vel *ὁμόσπορος*. Speciem enim his locis quandam habemus eius figurae, quam synecdochen („partem pro toto") grammatici vocant. [1]) — Deinde notiones vitae, mortis, fortunae, affectuum, cogitationum (*βίοτος*, *θάνατος*, *πότμος*, *τύχη*, *φρόνημα*, *θράσος*, *δεῖμα*) recte dicuntur epitheta sua per traiectionem accipere translata ab hominibus, ad quos proprie pertinent, ut v. c. „animus audax" latine pro audaci homine recte ponitur. Deinde recte etiam cap. XII exempla qualia sunt *μητρὸς αἵμ' ὄμαιμον*, ubi adest genetivus traiectione explicare videtur. —

Sed in ceteris multa male permiscuit. Nam explicationem traiectionis ab hominibus non accipiunt, nisi eae notiones, quas supra enumeravimus similesque aliae nonnullae. Nimis igitur longe processit Frey, cum in locutionibus quales sunt *ἀρμικτόκτυπος ὄτοβος*, *κώπην εὐήρετμον*, *αἰχμάλωτα οἰκήματα*, aliisque multis eandem

---

[1]) Luculentum exemplum huius dicendi generis, quod volumus, exstat Hom. Od. 4:540: *οὐδέ νύ μοι κῆρ ἤθελ' ἔτι ζώειν καὶ ὁρᾶν φάος ἠελίοιο*, ubi patet voce *κῆρ* hominem designari.

traiectionem statuit. Partim enim aliter, partim ad analogiam adiectivorum possessivorum (cf. *ναύφθορος στολή*) horum coniunctio cum substantivo est explicanda.

Deinde quod dicit pg. 68 traiectionem èt a subiecto èt ab obiecto fieri posse, illud quidem dandum est, sed hoc non probatur exemplis, quae protulit (*χαλινῶν ἀναύδῳ μένει* etc.).

Sed quamvis non in omnibus cum Freyio facere possimus, in universum tamen multo magis eius ratio placet, quam ceterorum, qui de hac materia egerunt.

CAPUT III.

Nos liberiorem epithetorum compositorum apud Aeschylum et Euripidem usum in quinque classes distinximus. Quarum in prima illa recensentur epitheta, quae per „transpositionem" non genetivo sed nomini regenti adduntur. Secunda classe continentur illa epitheta, quae per „traiectionem" sunt explicanda, cuius decem genera statuimus. Tertia classis versatur in epithetis, quae sine traiectione adhibentur. Ad quartam illa pertinent, quae ad nomen collectivum referuntur. Postremo quinta classis illa continet, quae ad analogiam adiectivorum possessivorum cum substantivis coniunguntur.

I. Transpositio epitheti.

Si quod epitheton pro genetivo, cui secundum logicam rationem aptanda fuit, tribuitur casui, quem dicunt regenti, libertas dicendi oritur, quam ab omnibus scriptoribus traiectionem epitheti vocatam, nos „transposi-

tionem epitheti" nominare malumus, quoniam ita distat ab illa traiectíone v. c., quam „ab actore ad actionem" diximus.

Cuius transpositionis duo genera statuenda sunt.

A. In periphrasticis circumlocutionibus epitheton plerumque copulatur cum eo, quod periphrasin facit.

Poetae saepius unius substantivi notionem duobus nominibus circumscribere solent, qui notissimus dicendi usus periphrasis vocatur. [1])

Talibus locutionibus si epitheton accedit, plerumque id cum nomine regenti, non cum genetivo coniungi videmus. Huius periphrasis tria genera distinguenda sunt:

1. Notum est Homerum ad heroum personas, corporis et animi virtutibus insignes, designandas, peri-

---

[1]) Quintil. 8 : 6 : 61: Pluribus verbis cum id, quod uno aut paucioribus certe dici potest, explicatur, periphrasin vocant, circumitum quendam eloquendi.

Ps. Plut. (de vita et poes. Homer. 29): *διὰ πλειόνων λεξέων τὸ σημαινόμενον ἀποδίδωσιν, ὁ καλεῖται Περίφρασις· ὡς ὅταν λέγῃ υἷας Ἀχαιῶν τοὺς Ἀχαιοὺς καὶ βίην Ἡρακλείην τὸν Ἡρακλέα.*

Phoebammon pg. 47: *Περίφρασίς ἐστιν ἑρμηνεία διὰ πλειόνων τοῦ διὰ μιᾶς λέξεως σημαινομένου.*

A Cornificio IV: 32 figura illa «circuitio,» a Cicerone «circumscriptio» nominatur.

phrastico sensu voces βίη, [1]) μένος, [2]) κῆρ, [3]) alias adhibere. Eum secutus Aeschylus periphrastice usurpat vocabulum:

βία Choeph. 893 φίλτατ' Αἰγίσθου βία. Euripides Phoen. 56 κλεινήν τε Πολυνείκους βίαν.

δέμας, quod semel in periphrasi invenitur apud Aeschylum Eumen. 84 κτανεῖν σ' ἔπεισα μητρῷον δέμας, i. e. μητέρα, frequens apud Sophoclem [4]), et Euripidem est, velut Hecub. 368 Ἅιδῃ προστιθεῖσ' ἐμὸν δέμας, Phoen. 699 σὸν δέμας θηρώμενος, Med. 388 τίς ῥύσεται τοὐμὸν δέμας, Hippol. 1418 ὀργαὶ κατασκήπτουσιν εἰς τὸ σὸν δέμας, ibid. 198 ἄρατέ μου δέμας, ubi fortasse ἄρατ' ἐμὸν δέμας legendum est.

Luculentissima exempla praebet Euripides, ubi κάρα periphrasi inservit. Orest. 476 ὦ πρέσβυ, χαῖρε, Ζηνὸς ὁμόλεκτρον κάρα, in quibus verbis ὁμόλεκτρον κάρα dicuntur pro ὁμόλεκτρε scil. Tyndareus. Orest. 237, 294, Iph. T. 483 ὦ κασίγνητον κάρα i. e. ὦ κασίγνητε. Suppl. 163: ὦ καθ' Ἑλλάδ' ἀλκιμώτατον κάρα. Herc. F. 465 τὸ καλλίνικον κάρα pro τὸν καλλίνικον scil. Heraclem. Troad. 656 Ἕκτορος φίλον κάρα.

---

[1]) Il. 3 : 105, 2 : 658.

[2]) Od. 8 : 385 ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο.

[3]) Il. 2 : 851 Παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ.

[4]) cf. Ant. 945, Trach. 908, O. C. 1550, Ant. 903.

ὄμμα quo Aeschylus periphrastice non utitur, apud Euripidem invenies: Hippol. 886 τὸ σέμνον Ζηνὸς ὄμμ' ἀτιμάσας, Herc. F. 1200 αἰδόμενος τὸ σὸν ὄμμα. Phoen. 1702 ὦ φίλτατον δῆτ' ὄμμα Πολυνείκους ἐμοί.

σχῆμα [1]) Aeschylus Sept. 488 de Hippomedonte usurpat: Ἱππομέδοντος σχῆμα.

Locis citatis Choeph. 893, Phoen. 56, 1702, Troad. 656, Hippol. 886 epitheton copulatur cum eo, quod periphrasin facit. Idem usu venit si epitheton est compositum.

Apud Aeschylum legitur:

Pers. 901 ἀκάματον δὲ παρῆν σθένος ἀνδρῶν.

Sept. 521 τὸν Διὸς ἀντίτυπον ἔχοντ' ἄφιλον ἐν σάκει τοῦ χθονίου δέμας δαίμονος, periphrastice pro τὸν χθόνιον δαίμονα. —

Euripides haec habet:

Ion 1261 ὦ ταυρόμορφον ὄμμα Κηφίσου πατρός.

Orest. 1386 ὀρνιθόγονον ὄμμα κυκνόπτερον Δυσελένας. Nam sic fortasse optime haec verba coniunguntur.

Elect. 459 λαιμοτόμαν φυὰν Γόργονος.

Cycl. 438 Κύκλωπος ἐκφυγόντες ἀνόσιον κάρα.

De Hel. 204 Κάστορός τε συγγόνου τε διδυμογενὲς ἄγαλμα πατρίδος iam egimus pg. 10.

2. Ad loca, membra corporis, inanimasque res circum-

---

[1]) Eadem voce Sophocles de antro utitur Phil. 952: ὦ σχῆμα πέτρας δίπυλον.

scribenda vocabula πέδον, κύκλος, ἕδρα, ἀκμή, alia, adhibentur.

Apud Aeschylum leguntur:

Prom. 1 χθονὸς μὲν εἰς τηλουρὸν [1]) ἥκομεν πέδον, pro τηλουρὸν χθόνα cf. 807 ubi legitur τηλουρὸν γῆν. Haec periphrastica loquendi ratio tribus tragicis familiaris est; πέδον ita adhibitum etiam occurrit Sept. 304, Pers. 288, Suppl. 260, 662, apud Euripidem [2]), Androm. 11, ibid. 58, Hel. 57, 83.

Prom. 61 τὸν πανόπτην κύκλον ἡλίου καλῶ, i. q. ἥλιον [3]), periphrasi satis frequenti, cf. Pers. 504 λαμπρὸς ἡλίου κύκλος, Iph. A. 717 σελήνης εὐτυχὴς κύκλος. Ant. 416 λαμπρὸς ἡλίου κύκλος. Soph. fr. 771 τὸν στρέφοντα κύκλον ἡλίου. [4])

Eumen. 369 βαρυπεσῆ καταφέρω ποδὸς ἀκμάν pro πόδα.

Apud Euripidem praeter Iph. A. 617 (vide supra) leguntur:

Ion 19 κοίλης ἐν ἀντίπηγος εὐτρόχῳ κύκλῳ.

---

[1]) τηλουρός etiam legitur Androm. 889, Orest. 1325.

Eur. El. 252 metrum postulat τηλορός, de qua forma cf. ὁμορός. Vide Weilium ad locum hanc formam defendentem.

[2]) Sophocles vocem in periphrasi adhibet O. C. 736, Phil. 69, 1464, Aias 859.

[3]) cf. Aesch. fr. 192 ubi legitur: ὁ παντόπτης Ἥλιος.

[4]) Sophocles κύκλος Antig. 974 de oculis, Aias 672 νυκτὸς αἰανὴς κύκλος de nocte periphrastice usurpat.

Vide Herwerdenum ad hunc locum, qui, quoniam εὐτρόχῳ absurdum est, collato Troad. 1197 ἵτυος ἐν εὐτόρνοισι περιδρόμοις, εὐτόρνῳ coniecit.

Ion 1133 ἀτοίχους περιβολὰς σκηνωμάτων, tabernacula parietem non habentia. [1])

Troad. 1197 ἵτυος ἐν εὐτόρνοισι περιδρόμοις. Ad eiusdem substantivi circumscriptionem servit vocabulum ἕδρα, Elect. 458 περιδρόμῳ ἵτυος ἕδρᾳ.

Bacch. 1206 λευκοπήχεσι χειρῶν ἀκμαῖς cf. Eumen. 369. Similiter Sophocles O. R. 1034 διατόρους ποδοῖν ἀκμαῖς. —

3. Tertium genus periphrasis est, quod habet cognationem aliquam cum pleonasmo. Saepe enim apud tragicos coniunguntur substantiva, quae natura tantum parvo discrimine inter se differunt, velut ἔριδος ἀγὼν, ἀγῶνα μάχης, ἀγώνων ἅμιλλαν, πῆμα νόσου, συμφορὰν κακῶν. Si epitheton accedit, etiam in talibus locutionibus epitheton saepius cum eo, quod periphrasin facit, consociatur.

Apud Aeschylum legimus:

Pers. 543 λέκτρων εὐναὶ ἀβροχίτωνες cf. Eur. Alc. 925 λέκτρων κοίτας ἐς ἐρήμους, Herc. F. 791 ὦ λέκτρων δύο συγγενεῖς εὐναί.

---

[1]) cf. Herwerden de hoc disputantem, qui, quoniam vs. 1158 ἀτοίχῳ huic tabernaculo parietes tribuuntur, coniecit ἀκόμψους i. e. simplices.

Prom. 805 *χρυσόρρυτον νᾶμα Πλούτωνος πόρου*, pro *χρυσόρρυτον Πλούτωνος πόρον*, ut Choeph. 366 *παρὰ Σκαμάνδρου πόρον*, Pers. 493 *ἐπ' Ἀξίου πόρον*. Prom. 532 *Ὠκεάνου πατρὸς ἄσβεστον πόρον*.

Suppl. 496 *μορφῆς δ'οὐχ ὁμόστολος Φύσις*.

Apud Euripidem:

Phoen. 645 *καλλιπόταμος ὕδατος νότις*.

Cycl. 399 *λέβητος εἰς κύτος χαλκήλατον*.

Herc. F. 414 *πέπλων χρυσεόστολον Φάρος*.

„ 730 *βρόχοισι δ'ἀρκύων ξιφηφόροισι* i. e. *ἄρκυσι ξιφηφόροισι*.

His subiungere non dubito:

Med. 1136 *ἐπεὶ τέκνων σῶν ἦλθε δίπτυχος γονή*, pro *δίπτυχα τέκνα σά*.

Med. 1335 *τὸ καλλίπρῳρον εἰσέβης Ἀργοῦς σκάφος*, nisi in his *Ἀργοῦς* per genetivum „definitionis" explicare praestabit.

Elect. 1348 *σώσοντε νεῶν πρῴρας ἐνάλους* i. e. *ναῦς*.

Phoen. 1536 *δυστυχὲς ἀγγελίας ἔπος* [1])

„ 809 *αἴθερος εἰς ἄβατον φῶς*.

B. Alterum genus transpositionis epitheti in eo versatur, quod genetivus et substantivum, unde hic casus

[1]) cf. Schol. *ἀντὶ τὴν δυστυχῆ ἀγγελίαν*.

pendet, ad unitatem notionis coalescit, cui notioni, quam nos substantivo composito reddimus, deinde accedit epitheton, quod proprie secundum sensum logicum magis genetivo convenit. Exemplum talium locutionum iam citavimus pg. 18 ex Helen. vs. 1502 scil. κυανόχροα κυμάτων ῥόθια. Eundem in modum epitheton nomini primario additum videmus:

Apud Aeschylum:

Prom. 1083 ἕλικες στεροπῆς ζάπυροι, „bliksemschichten".

Agam. 219 Φρενὸς πνέων δυσσεβῆ τροπαίαν ἄναγνον ἀνίερον, „mentis mutationem impiam, incestam, profanam", „gemoedsverandering". τροπαία per μεταβολήν explicat Schol. Idem substantivum legitur Sept. 706, Choeph. 775.

Agam. 274. ὀνείρων φάσματ' εὐπιθῆ, somniorum visa probabilia, „droomverschijningen."

Agam. 743 δηξίθυμον ἔρωτος ἄνθος, in quibus epitheton magis sane ad genetivum ἔρωτος pertinet, Helena vocatur: „flos amoris animum mordens, irritans", „liefdebloem". [1])

---

[1]) ἄνθος ad ea vocabula, quibus inest notio florendi, pertinet, quae saepius apud Aeschylum, raro apud Sophoclem et Euripidem, translate de hominibus adhibentur. ἄνθος sic etiam legitur: Suppl. 663, Prom. 420, Pers. 59, 252, 925, Agam. 197, ἔρνος «germen» de Iphigenia Agam. 1525, Eumen. 661 de Minerva, ῥίζα de Agamemnone Agam. 166, φυτόν «planta» de Danaidibus Suppl. 281, φίτυμα de Oreste Agam. 1281 μητροκτόνον φίτυμα, ποινάτωρ πατρός. θάλος «ramus» de Antigone Phoen. 88 ὦ κλεινὸν οἴκοις Ἀντιγόνη θάλος πατρί.

Agam. 960 πολλῆς πορφύρας ἰσάργυρον κηκῖδα παγκαίνιστον, ubi πορφύρας κηκῖδα unam notionem efficit, „purpersap", παγκαίνιστον, „cuius talis est copia, ut ea semper recenti quivis uti possit", ut Blomfield ad locum in commentario explicat.

Agam. 1510 ὁμοσπόροις ἐπιρροαῖσιν αἱμάτων „bloedstroomen". Cum ὁμόσπορον αἷμα cf. ὅμαιμον αἷμα Eumen. 653, cognato sanguine Vergil. Aen. 12 : 29.

Eumen. 547 ξενοτίμους ἐπιστροφὰς δωμάτων αἰδόμενός τις ἔστω, colat aliquis domus hospitales, in quibus versatur. ξενοτίμους ad notionem „ἐπιστροφὰς δωμάτων" pertinet; magis autem convenire cum δωμάτων videri potest e Sept. 648 πόλιν ἕξει πατρῴων δωμάτων τ'ἐπιστροφάς, ubi epitheton cum genetivo coniunctum habes.

Apud Euripidem:

Med. 841 εὐώδη ῥοδέων πλόκον ἀνθέων „bloemkrans", cf.

Iph. A. 759 χλωροκόμῳ στεφάνῳ δάφνας. χλωρόκομος „frondem viridam habens".

Hippol. 868 ἀβίοτος βίου τυχά, „ongelukkig levenslot", pro ἀβίοτος βίος, de quo genere dicendi cf. pg. 5, 6.

Heracl. 621 εὐδόκιμον θανάτου μέρος „doodslot".

Suppl. 259 χλόην αὐτοῦ λιποῦσαι Φύλλαδος καταστεφῆ.

Ion 1266 ἀκηράτους πλόκους κόμης.

Troad. 830 καλλιφεγγὲς ἡλίου σέλας, cf. quod maiore audacia dictum est:

Elect. 866 τέθριππον ἡλίου σέλας „zonneglans".

Phoen. 308 κυανόχρωτα χαίτας πλόκαμον.

Or. 225 ὦ βοστρύχων πινῶδες κάρα.

Fortasse etiam sic explicari potest:

Elect. 450 Θέτιδος εἰνάλιον γόνον „de zeespruit van Thetis". Thetis enim et Achilles (γόνον) artissime inter se cohaerent, qua re poetae epitheton voci γόνον addere licuit, quamquam re vera Achilles nequaquam εἰνάλιος nominari potest. —

II. Traiectio epitheti.

Aeschylus, qui vim plasticam, qua Graeci tantopere excellunt, singularem in modum excolebat, ita, ut pingi posse eius cogitationes putes, non solum nova verba composuit, sed etiam novas comparationes et metaphoras dramati suppeditavit. Sublimitas eius dicendi generis cum in audacia verborum, tum vel maxime in thesauro translationum ac figurarum, velut figura etymologica, oxymoron, σχῆμα καθ'ὅλον καὶ κατὰ μέρος, alia, cerni potest. Sed ne Euripides quidem in iis excolendis frustra elaboravit, quamquam huius poetae orationis suavitas valde discrepat ab Aeschyli gravitate dicendi.

Sic metaphorice usurpantur apud tragicos notiones sumptae

1°. e rebus nauticis, velut ἄγκυρα, αἴρω, ἐρέσσω, κλύδων, λιμήν, πρυμνά, πίτυλος. —

2°. e serendi metendique negotiis, velut ἀμάω, ἐξαμάω, ἄνθος (cf. pag. 42), κάρπός. —

3°. ex animalium consuetudinibus, velut πέτομαι, πτώσσω, σαίνω, ὑλακτέω.

Frequentissimi autem Graeci, praesertim tragici, sunt in arte res tamquam personas fingendi (προσωποποιεῖν) atque sensibus subiciendi. Ecce praecipua causa, qua tam saepe apud tragicos epitheta inveniuntur, quae primo obtutu ad substantiva, quibuscum iunguntur, definienda nihil pertinere videantur. Nam si notiones et res speciem personarum induunt, vel potius ita finguntur, ut notio hominis involvatur (cf. pg. 39), mirari non potest epitheta his rebus addi, quae proprie ad personas referenda sint, ideoque ab iis traiecta sint.

Cuius traiectionis epitheti haec genera inveniuntur:

a. Traiectio „ab actore ad actionem."

Eundem in modum ac loci Helenae: αὐτοσίδαρος ἅμιλλα, ξιφοκτόνον δίωγμα, φοναὶ θηροκτόνοι, πολυπλανήτων πόνων quos pg. 12, 13, per hanc traiectionem explicavimus, dictum est:

Apud Aeschylum:

Prom. 585 ἄδην με πολύπλανοι πλάναι γεγυμνήκασι.

πολύπλανος „multum circumerrans" Io est, absque ea ad actionem „πλάναι" traiectum, cf. Suppl. 573 πολύπλαγκτον ἀθλίαν οἰστροδόνητον Ἰώ, ubi virgo ipsa

πολύπλαγκτος „multum circumerrans" dicitur. Similiter:

Prom. 576 τηλέπλανοι πλάναι. [1])

„ 788 πολύδονον πλάνην, „multum iactatus." Ad huius compositi passivum sensum cf. Pers. 275 πολύδονα σώματα, et Suppl. 17 οἰστροδόνου βοός.

Prom. 820 τῆς πολυφθόρου πλάνης „multum vexatus," „multas strages habens" cf. vs. 633 αὐτῆς λεγούσης τὰς πολυφθόρους τύχας.

Prom. 838 παλιμπλάγκτοισι δρόμοις, „retro errans".

„ 900 δυσπλάνοις Ἥρας ἀλατείαις, collato cum vs. 608 δυσπλάνῳ παρθένῳ. —

Prom. 531 θεοὺς ὁσίαις θοίναις ποτινισσομένα βουφόνοις.

Is, qui epulas celebrat βουφόνος est, „boves occidens," [2]) cf. Bacch. 384 κισσοφόροις ἐν θαλίαις, ubi similiter epitheton traiectum est ab iis, qui epulas celebrant.

Sept. 179 φιλοθύτων πόλεος ὀργίων μνήστορες ἔστε μοι, ab iis, qui τὰ ὄργια, sacra in honorem Bacchi (cf. Eur. Bacch. 34, 79, 262, 470, 471, 476, 482, 996, 1079) agunt.

Eumen. 283 καθαρμοῖς ἠλάθη χοιροκτόνοις, „porcos cae-

---

[1]) Male hoc Dindorf vertit: «in longinquos errores abducens.»

[2]) Dindorf interpretatur: «boum occisorum sacrificiis.»

dens" [1]). Epitheton etiam activo sensu usurpatur fr. 340 παλαγμοῖς αἵματος χοιροκτόνου. Substantivum αἷμα enim hic pro φόνος est, ut saepius apud tragicos. Vide pg. 56.

Sept. 1022 μήθ' ὁμαρτεῖν τυμβοχόα χειρώματα, „officia, munera tumulum aggerentia" cf. Schol. recentior, qui χειρώματα explicat: τὰ διὰ χειρῶν ἐργαζόμενα. Non bene, ut opinor, Schütz collato Choeph. 85 τύμβῳ χέουσα τάσδε κηδείους χοάς vertit: officium libationum in tumulo effundendarum.

Alio sensu substantivum legitur Agam. 1326 δούλης θηνούσης, εὐμαροῦς χειρώματος, i. e. quae facile subigi potest. Vide infra sub III.

Sept. 191 καὶ νῦν πολίταις τάσδε διαδρόμους φυγὰς θεῖσαι, „discurrentes fugas". [2]) Similiter:

Suppl. 737 πολυδρόμου φυγᾶς ὄφελος εἴ τι μοι, celeriter currens [3]).

Suppl. 196 τορῶς λέγουσαι τάσδ' ἀναιμάκτους [4]) φυγάς, et

„ 614 ἄτιμον εἶναι ξὺν φυγῇ δημηλάτῳ, ubi δημήλατος, alibi non lectum, ὁ ὑπὸ τοῦ δήμου ἐλαθείς signi-

---

[1]) Dindorf male interpretatur: «à porcis mactatis proveniens.»

[2]) cf. Livius 9 : 36 effusa fuga, et nostrum «verwarde vlucht.»

[3]) Todt «de Aeschylo vocabulorum inventore» vertit: «in quo multum curritur.»

[4]) «weil sie nicht wegen Blutschuld geflohen sind» (Oberdick) cf. vs. 7.

ficat, epitheta ab hominibus agentibus ad substantivum, quo actio exprimitur, traiecta sunt. —

Agam. 53. δεμνιοτήρη πόνον ὀρταλίχων ὀλέσαντες.

δεμνιοτήρης „cubile servans." Hesychius haec verba de pullis nidos servantibus interpretatur. Tum δεμνιοτήρη πόνον · ὀρταλίχων pro ipsis pullis eodem modo periphrastice explicandum esset, ac Phoen. 30: τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον dicitur pro infante, quem Iocaste pepererat.

Sed multo melius esse haec verba de perdita vulturum opera, quam in nutriendis pullis posuerant, accipere, iam Stanley et Schütz monuerunt. Itaque vertendum est: laborem cubile servantem pullorum, „die nesthütende Arbeit mit den Jungen", epitheto δεμνιοτήρη a vulturibus laborantibus ad ipsum laborem traiecto. Idem epitheton invenitur Agam. 1449 δεμνιοτήρης μοῖρα, „sors cubile servans." Omnino reiciendum est, quod Dettweiler l. c. pg. 17 putat δεμνιοτήρης habere passivam significationem, explicans: „laborem pullorum qui in cubili servantur", „sors alicuius, qui in cubili servatur".

Eandem notionem „laboris" cum epitheto agentis invenimus:

Agam. 330 νυκτίπλαγκτος ἐκ μάχης πόνος νῆστις.

νυκτίπλαγκτοι [1]) enim „noctivagi", νήστεις „ieiuni", milites

---

[1]) Idem epitheton legitur Agam. 12 νυκτίπλαγκτον εὐνήν cf.

sunt, qui laborant. *νῆστις*, quod Dindorf falso interpretatur „inediam afferens" cum *πόνος* coniungendum est, [1]) neque scribendum est *νήστεις*, ut Wecklein edidit.

fr. 131 *τί ποτ' ἀνδροδαΐκτον* [2]) *ἀκούων κόπον* [3]) *οὐ πελάθεις ἐπ' ἀρωγάν.*

Choeph. 1069 *παιδοβόροι μὲν πρῶτον ὑπῆρξαν μόχθοι* (labores). Thyestes enim ipse *παιδοβόρος* est, „pueros devorans", „nativorus", qua re epitheton *παροξυτόνως* scribendum est, quod si *προπαροξυτόνως* scriberetur, „a pueris devoratus" significaret, quod nequaquam de Thyeste dici potuisset.

fr. 128 *δοριλύμαντοι* (passive: „hasta perditi") *Δαναῶν μόχθοι.*

fr. 298 *Ἄτλαντος παῖδες μέγιστον ἄθλον οὐρανοστεγῆ κλαίεσκον. οὐρανοστεγής*, „coelum sustinens." proprie Atlas ipse est.

His subiungo:

---

pg. 61; Choeph. 524 *ἐκ νυκτιπλάγκτων δειμάτων*, ibid. 751 *νυκτιπλάγκτων κελευμάτων.*

[1]) cf. Prom. 600 *σκιρτημάτων δὲ νήστισιν αἰκίαις*, de quo vide pg. 93, Agam. 193 *πνοαὶ δ'ἀπὸ Στρύμονος μολοῦσαι, κακόσχολοι, νήστιδες*, ibid. 1017 *νῆστιν ἄλεσεν νόσον*, 1621 *τὸ γῆρας αἵ τε νήστιδες δύαι.* Choeph. 250 *τοὺς δ'ἀπωρφανισμένους νῆστις πιέζει λιμός*, «ieiuna fames.» —

[2]) *ἀνδροδάϊκτος* securis epitheton exstat: Choeph. 860 *κοπάνων ἀνδροδαΐκτων*, cf. *πυργοδάϊκτος*, quod de bellis dictum est Pers. 97.

[3]) Idem vocabulum de laboribus bellicis legitur Rhes. 225: *ἐκ κόπων ἀρειφάτων.*

Eumen. 375 *ἀμετέραις ἐφόδοις μελανείμοσιν ὀρχήσμοις τ' ἐπιφθόνοις ποδός.*

μελανείμονες „pulla veste indutae", *ἐπίφθονοι* „invisae" ipsae Furiae sunt, de quibus dicitur:

Eumen. 250 *ὑπέρ τε πόντου ἀπτέροις ποτήμασιν ἦλθον*, „volatu non alato".

Choeph. 23 *ἐκ δόμων ἔβαν ὀξύχειρι σὺν κτύπῳ*, [1]) vel ut Wecklein, alii, scholiastem secuti, qui explicat „*σὺν κοπέτῳ*", edunt, *κόπῳ*, „planctus". Ipsae feminae enim lamentantes, pectus plangentes, sive manu tundentes *ὀξύχειρες* (acutas manus habentes) [2]) sunt. Collatis locis Euripidis Alc. 87 *χερῶν κτύπον*, Suppl. 87 *στέρνων κτύπον*, idem Troad. 789, Phoen. 1351 *λευκοπηχεῖς κτύπους*, Suppl. 604 *στερνοτυπεῖς κτύποι*, etiam Choeph. 23 *κτύπῳ* fortasse retineri potest.

Suppl. 378 *μονοψήφοισι νεύμασιν σέθεν χρέος πᾶν ἐπικραίνεις*, de Iove dictum qui omnia suo unius arbitrio decernit.

Sept. 741 *παλαιγενῆ γὰρ λέγω παρβασίαν ὠκύποινον. ὠκύποινος* passive „celeriter punitus" Laius ipse est, qui violavit oraculum Apollinis. Sed Agam. 226 *γυναικοποίνων πολέμων* „mulierem (Helenam scil.) punientes, ulciscentes,

---

[1]) cf. pg. 29.

[2]) Frey l. c. comparat *μακρόχειρ*, quod legitur Strab. 15 : 735, Plut. Artax. 1.

epitheton activo sensu usurpatur, ut Agam. 58 *ὑστερόποινον Ἐρινύν*, Choeph. 383 — *ἄταν*, Agam. 155 *μῆνις τεκνόποινος* (filiam Iphigeniam ulciscens) [1]), de quo vide pg. 91. —

Complura exempla habemus, ubi actio „caedis" instruitur epitheto hominis caedentis:

Sept. 681 *ἀνδροῖν ὁμαίμων θάνατος αὐτοκτόνος.*

Agam. 1573 *ἄλλην γενεὰν τρίβειν θανάτοις αὐθένταισι.*

Eumen. 212 *οὐκ ἄν γένοιθ' ὅμαιμος αὐθέντης φόνος.*

Non aliter dicit Euripides [2]) Herc. F. 839 *αὐθέντῃ φόνῳ*, Phoen. 880 *θάνατος αὐτόχειρ*, Orest. 947 *αὐτόχειρι σφαγῇ*, Phoen. 334 *ἐπ' αὐτόχειρα σφαγάν.*

αὐτοκτόνος, *αὐθέντης*, *αὐτόχειρ* is est, qui se ipsum interficit (qui propria manu interficit, qui sibi manus affert), vel qui sua ipse manu alium interficit, ut Med. 1254 *τέκνοις προσβαλεῖν χέρ' αὐτοκτόνον*, quod ipsa mater sua manu liberos interfectura, non alii interficiendos traditura erat, cf. Wecklein ad Eumen. 212: „*αὐθέντης* wie *αὐτόχειρ*, wer sein eigenes Blut vergieszt, indem er Blutsverwandte umbringt".

Agam. 1494 legitur: *κεῖσαι ... ἀσεβεῖ θανάτῳ* (i. e. *φόνῳ*, caede) *βίον ἐκπνέων*, quia Clytaemestra quae maritum interfecit, *ἀσεβής* est. Aeschylum secutus est Euripides

---

[1]) Perverse hoc Frey vertit: «des Kindes verlustiger Zorn.»

[2]) cf. etiam Plato Legg. 9 pg. 872 C.: *ξυγγενῶν αὐτόχειρας φόνους ἢ δι' ἐπιβουλεύσεως γενομένους.*

Medea 1287: *φόνῳ τέκνων δυσσεβεῖ* cf. vs. 1383 *τοῦδε δυσσεβοῦς φόνου.*

Sed etiam notio „pugnae" habet epitheton eius, qui pugnat his locis:

Choeph. 729 *Χθόνιον δ' Ἑρμῆν τοῖσδ' ἐφοδεῦσαι ξιφοδηλήτοισιν ἀγῶσιν.* „Gladio laedens" Orestes ipse est. Non bene Frey l. c. pg. 54 hoc passiva significatione accipit, „gladio laesus, interfectus", putans pugnam habere epitheton eius, qui cadit, interficitur, ut *ξιφοδήλητος θάνατος* Agam. 1528, de quo vide pg. 58. Nam illo loco agitur de Clytaemestra nondum gladio interfecta.

Choeph. 584 *ξιφηφόρους ἀγῶνας ὀρθώσοντί μοι.*

ξιφηφόρος enim Orestes est. Eadem locutio redit Eur. Herc. F. 812.

Pers. 950 *Ἰάνων ναύφαρκτος Ἄρης*, in quibus verbis *Ἄρης* „pugna" significat.

Eumen. 472 *οὐδὲ μὴν ἐμοὶ* (Minervae scilicet) *θέμις φόνου διαίρεῖν ὀξυμηνίτους δίκας.*

ὀξυμήνιτοι „acerbe irascentes" *οἱ διαζόμενοι* ipsi sunt, cf. Wecklein ad locum: „einen Rechtstreit, in welchem sich die Gegner mit grimmigem Hasse gegenüberstehen." —

Euripides multo minus frequens est in hac traiectione epitheti, quam Aeschylus. Pleraque exempla, quae legimus apud eum eius naturae sunt, ut notio „pug-

nandi, certandi" habeat epitheton eius, qui pugnat, et certat. Legimus:

Androm. 1020 *φονίους ἀνδρῶν ἀμίλλας ἔθετ' ἀστεφάνους*, quorum verborum Römheld l. c. pg. 201 hanc paraphrasin praebet: „Talia instituistis hominum certamina, unde nemo coronas reportare posset". Ex quo facile intelligi potest, eos qui certant *ἀστεφάνους*, „non coronatos" esse.

Medea 557 *οὐδ' εἰς ἄμιλλαν πολύτεκνον σπουδὴν ἔχων*, quod mire, ut opinor, sic explicatur: *εἰς πολυτεκνίαν σπουδὴν ἔχων σὺν ἀμίλλᾳ*, cf. J. Schmidt l. c. pg. 28, vel: *εἰς ἄμιλλαν πολλῶν τέκνων σπουδὴν ἔχων*, Römheld l. c. pg. 192. Weil bene vertit: „Ni par le désir, de rivaliser avec ceux, qui ont beaucoup d'enfants". Itaque homines, cum quibus certatur, et ipsi quoque qui certant, proprie *πολύτεκνοι* „multos liberos habentes" sunt.

Similiter Iph. T. 411 *φιλόπλουτον ἄμιλλαν αὔξοντες μελάθροισιν*, „certamen divitias amans" epitheton ab agentibus ad actionem traiectum est.

Porro legitur:

Androm. 106 *ὦ Τροία, δορὶ καὶ πυρὶ δηιάλωτον εἶλε σ' ὁ χιλιόναυς Ἑλλάδος ὠκὺς Ἄρης*, ubi Ἄρης „πόλεμος" „pugna" significat. Χιλιόναυς „mille naves habens" praeterea invenitur: Orest. 352 *χιλιόναυν στρατόν*, Rhes. 262 *χιλιόναυν στρατίαν*, Iph. A. 174 *ἐλάταις χιλιοναύσιν*. Idem est *χιλιοναύτης*, quod Aeschylus usurpat Agam. 45 *στόλον*

χιλιοναύτην, Euripides Iph. T. 141 σὺν κώπᾳ χιλιοναύτᾳ. [1]) —

Herc. F. 789 συναοιδοί (i. e. συνᾴδοντες) νυμφαὶ τὸν Ἡρακλέους καλλίνικον ἀγῶνα. Hercules ipse καλλίνικος dicitur vs. 582, 961.

Herc. F. 812 ξιφηφόρων εἰς ἀγώνων ἅμιλλαν [2]), cf. Ch. 584.

Troad. 363 μητροκτόνους ἀγῶνας [3]), „certamina matrem interficientia."

Troad. 1003 δοριπετὴς [4]) ἀγωνία. „Hasta cadentes" ipsi pugnantes sunt.

De Helenae vs. 356 αὐτοσίδαρον ἅμιλλαν iam egimus pg. 12. Totus locus, ubi haec verba leguntur, valde impeditus est. Dicit autem Helena:

Φόνιον αἰώρημα
διὰ δέρης ὀρέξομαι,
ἢ ξιφοκτόνον δίωγμα
αἱμορύτου σφαγᾶς
αὐτοσίδαρον ἔσω πελάσω διὰ σαρκὸς ἅμιλλαν.

Dubitat Helena, utrum suspendio mortem sibi con-

---

[1]) cf. Homericum πολυβούτης Ilias 9: 154, 296 i. q. πολύβους, quemodmodum apparet ex forma πολύρρην quacum l. c. coniunctum est hoc adiectivum.

[2]) Römheld pg. 200: «certaminum, in quibus ii, qui pugnant, gladios gerunt.»

[3]) Römheld pg. 195: «actiones matricidii.»

[4]) Idem epitheton legitur Androm. 653: πεσήματα δοριπετῆ.

sciscere melius sit an gladii auxilio. *Αἱμορύτου* Hartung coniecit pro codicis scriptura *λαιμορύτου*, vocabulum nusquam alibi lectum, quod praeterea cum *σφαγᾶς* nullum sensum praebet. Non enim quid sit „caedes e gula profluens" intelligitur. Recepta coniectura Hartungii Römheld pg. 202 putat *αἱμορύτου σφαγᾶς* per alterius membri abundantiam pro *αἵματος σφαγᾶς* dictum esse, nihilque nisi sanguinis notionem pluribus verbis significare. [1]) Sed ne sic quidem verborum *ξιφοκτόνον δίωγμα αἱμορύτου σφαγᾶς* sensus clare perspicitur. Nam insectatio sanguinis, quid sibi velit, non liquet. Substantivum *σφαγαί* numero plurali [2]) Aristot. H. A. 1 : 14 iugulum significat, *κοινὸν μέρος αὐχένος καὶ στήθους*, qua corporis parte victimae mactari solebant. Eandem substantivi significationem de hominibus habemus Prom. 863 *δίθηκτον ἐν σφαγαῖσι βάψασα ξίφος*, Orest. 291 *εἰς σφαγὰς ὧσαι ξίφος*, cf. etiam Thuc. 4 : 48 *οἱστοὺς οὓς ἀφίεσαν ἐκεῖνοι ἐς τὰς σφαγὰς καθιέντες*. Idem sensus in Helenae loco admitti potest; qua significatione accepta intelligi potest, librarium aliquem, qui eundem sensum desideraret, pro *αἱμορύτου λαιμορύτου* scripsisse. —

Herc. F. 1193 *ὃς ἐπὶ δορὶ γιγαντοφόνον ἦλθε*, ubi *δορί* (i. e. pugna) *γιγαντοφόνον* active dictum est, „gigantes

---

[1]) cf. Agam. 1389 *ἐκφυσιᾷν δξεῖαν αἵματος σφαγήν.*

[2]) *σφαγή* singulari numero legitur Plut. Caes. 60 eodem sensu.

interficiens," non „pugna, in qua caedebantur gigantes" (Römheld).

Ion 987 *οἶσθα γηγενῆ μάχην*, cf. Cycl. 5 *ἀμφὶ γηγενῆ μάχην*.

Suppl. 525 *ἀνδροκμῆτας* [1]) *ἀγωνίας*, „viros interficiens."

Phoen. 500 *οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις* „hadernder Streit." *ἀμφίλεκτος* idem est ac *ἀμφιλόγος*, quod legitur Med. 637 *ἀμφιλόγοι ὀργαί*, Soph. Antig. 111 *νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων*.

Similiter Med. 638 *ἀκόρεστα νείκη* cum epitheto agentium. —

Ut apud Aeschylum, notioni „caedis" additur epitheton hominis caedentis, praeter Herc. F. 839, Phoen. 880, Orest. 945, Phoen. 334 (vide pg. 51), hoc loco:

Hel. 154 *ἐν φοναῖς θηροκτόνοις*, de quo vide pg. 13 et aliis locis quattuor, ubi *αἷμα* pro *φόνος* est:

Herc. F. 1201 *αἰδόμενος αἷμα παιδοφόνον*, activo sensu „pueros interficiens", quam ob rem *παροξυτόνως* scribendum est. [2])

Orest. 833 *ματροκτόνον αἷμα χειρὶ θέσθαι*.

„ 1649 *δίκην ὑπόσχες αἵματος μητροκτόνου*.

Bacch. 139 *ἀγρεύων αἷμα τραγοκτόνον*.

---

[1]) Idem epitheton legitur apud Aeschylum quattuor locis: Choeph. 889 *ἀνδροκμῆτα πέλεκυν*, Eumen. 248 *μόχθοις ἀνδροκμῆσι*, ibid. 956 *τυχὰς ἀνδροκμῆτας*. Suppl. 679 *λοιγὸς ἀνδροκμής*.

[2]) Römheld: «sanguis occisorum puerorum» interpretatur.

ad quos locos cf. Aeschylum fr. 340 παλαγμοῖς αἷμα τος χοιροκτόνου „porcos interficiens". Vide pg. 47.

Laborem cum epitheto hominis laborantis praeter Hel. 1319 δρομαίων ὅτε πολυπλανήτων μάτηρ ἔπαυσε πόνων, invenimus:

Bacch. 873 μόχθοις ὠκυδρόμοις θρῴσκει πέδιον παραποτάμιον. —

b. Epitheta, quae propria sunt hominis mortui ad mortem ipsam transferuntur.

Apud Aeschylum legitur:

Suppl. 987 δορικανεῖ [1]) μόρῳ, „hasta caesus". Sed Agam. 1170 πολυκανής „multos caedens", Blomfield ad l. etiam δορικανής active „hasta caedens" interpretatur, quod nullum sensum dat. Legitur enim: καὶ μήτ' ἀέλπτως δορικανεῖ μόρῳ θανὼν λάθοιμι, i. e. ne forte inscio populo praeter spem hasta interficiar.

fr. 118 πισσοκώνητος μόρος, „pice obductus sive oblitus". Hesych.: πισσοκώνητον μόρον λέγουσιν, ὅταν πίσσῃ καταχρισθέντες τινὲς ὑπὸ πυρὸς ἀποθάνωσιν cf. Dindorf Lex. Aesch. s. v. πισσοκώνητος. Compositum dictum est de tunica molesta, de qua vide apud Romanos: Iuven. 8 : 235 (cf. 1 : 155), Martial. 10 : 25. Sen. ep. 14 : 5. Tertull. ad mart. 5, ad nat. 1 : 18. De eodem, ut mihi videtur,

[1]) Quod Porson correxit ex: δορυκ' ἀνημέρωι.

supplicio Plautus agit Capt. 597: Pix agitet apud carnuficem tuoque capiti inluceat.

Agam. 1530 ξιφοδηλήτῳ θανάτῳ τίσας, ἅπερ ἔρξεν.

ξιφοδήλητος „gladio laesus" non „gladio laedens" (Dindorf s. v.), quod sanum sensum non praebet, Agamemnon ipse est. Choeph. 729 tamen ξιφοδήλητος activo sensu usurpatur cf. pg. 52.

Fortasse etiam eodem modo interpretandum est:

Prom. 860 Πελασγία δὲ δέξεται (scil. filios Aegypti) θηλυκτόνῳ Ἄρει „a mulieribus interfectus", collatis Soph. Aias 252 πεφόβημαι λιθόλευστον Ἄρη, Ant. 36 φόνον προκεῖσθαι δημόλευστον ἐν πόλει, quae epitheta proprie ad personam referenda sine dubio προπαροξυτόνως scribenda sunt, ideoque habent sensum passivum cf. Lobeck ad Aiacem vs. 325 et 252, qui comparat Maneth. IV: 614 θάνατος θηρόβορος „a bestiis devoratus".

Agam. 1309 φόνον δόμοι πνέουσιν αἱματοσταγῆ „cruore stillans" collato cum Sept. 836 αἱματοσταγεῖς νεκρούς.

Apud Euripidem legitur:

Androm. 399 ἥτις σφαγὰς μὲν Ἕκτορος τροχηλάτους κατεῖδον·

τροχήλατος apud tres tragicos occurrit, sed diversa significatione. Hoc loco compositum „rotis agitatus" significat. Item Iph. T. 82: τροχηλάτου μανίας, de quo vide pg. 80. Sophocles Elect. 49 epitheto de curribus

utitur: ἐκ τροχηλάτων δίφρων, „rotis actus". Apud Aeschylum Pers. 1001 ἀμφὶ σκηναῖς τροχηλάτοισιν, de tentoriis „rotis sive curribus vectis" dictum est, fr. 171 τροχήλατον σχιστῆς κελεύθου τρίοδον, de trivio „curribus trito". Diversam prorsus notionem τροχήλατος habet Aristoph. Eccles. 1 : ὦ λαμπρὸν ὄμμα τοῦ τροχηλάτου λύχνου, scilicet per paroediam adhibitum epitheton quasi τῷ κεραμέῳ τρόχῳ ἐλαθείς, „rota figulari circumactus". τροχός „rota figularis" occurit apud Homer. Il 18 : 600. —

Elect. 1172 μητρὸς νεοφόνοισιν αἵμασι πεφυρμένοι, ubi αἷμα i. q. φόνος cum epitheto matris interfectae.

Eandem notionem αἷμα habet:

Phoen. 1062 ἃ δράκοντος αἷμα λιθόβολον κατειργάσω. Cum αἷμα λιθόβολον „lapide ictus" comparari potest λιθόλευστον Ἄρη. Hic autem epitheton ab animali traiectum est. Similiter Aias 546 νεοσφαγῆ τόνδε προσλεύσσων φόνον, ibid. 55 πολυκέρων φόνον „caedem multicornem." —

c. Epitheta proprie de hominibus dicta, ad locum transferuntur, ubi hi versantur, vel aliquid agunt.

Apud Aeschylum legimus:

Prom. 389 ἢ τῷ νέον θακοῦντι παγκρατεῖς ἕδρας, quod poetice per figuram etymologicam dictum est pro θακοῦντι ἐν παγκρατεῖ ἕδρᾳ, cf. O. R. 2 τίνας ποθ' ἕδρας τάσδε

μοι θοάζετε. — παγκράτης „super omnia regnans" Iupiter ipse est.

Eumen. 41 ὁρῶ ... ἄνδρα θεομυσῆ ἕδραν ἔχοντα προστρόπαιον, quibus in verbis προστρόπαιος „supplex" adiectivum est cum voce ἕδρα coniungendum.

Suppl. 374 μονοσκήπτροισι δ'ἐν θρόνοις χρέος πᾶν ἐπικραίνεις. Non idem est ac θρόνοις μονοσκήπτρου (Dettweiler). Epitheton significans „solus sceptrum gerens," et proprie regi conveniens, cf. Nonn. Ev. Ioann. 19, 12 Καίσαρος μονοσκήπτρου βασιλῆος, ubi alterum exemplum huius compositi est, hic ad locum, ubi rex versatur, translatum est, quod eo facilius fieri potest, quoniam θρόνοι symbolice eodem modo usurpatur, quo nos dicimus „Kroon, Scepter" pro rege, vel potestate regia. Idem dicendi genus est, si invenimus „laurum" pro victoria, „olivum" pro pace, „fasces" pro consule, „taedam" pro nuptiis. Comparari etiam potest: „Er erhält den Feldhernnstab, den Kardinalshut". Corneille: A la fin j'ai quitté la Robe pour l'Epée. [1])

Similiter de Apolline Iph. T. 1254 ἐν ἀψευδεῖ θρόνῳ μαντείας βροτοῖς νέμων.

---

[1]) Gerbert «die Sprache als Kunst» II pg. 59 «Statt des Namens, welcher den wesentlichen Begriff ausdrückt, findet sich oft die Angabe des äuszeren Zeichens, mit welchem seine Erscheinung verknüpft ist.

Agam. 12 *νυκτίπλαγκτον ἐνδροσὸν τ' ἔχω εὐνὴν ὀνείροις οὐκ ἐπισκοπουμένην.*

νυκτίπλαγκτος „noctivagus" de quo vide pg. 48 sub *νυκτίπλαγκτος πόνος* (Agam. 330), proprie homo est, qui in cubili versatur [1]).

Agam. 411 *λέχος καὶ στίβοι Φιλάνορες.* [2])

„ 1494, 1518 *κοίταν τάνδ' ἀνελεύθερον.*

Eumen. 770 *ὅδους ἀθύμους*, ubi *ἄθυμος* non est „animo non placens", ut Dindorf Lexic. Aesch. s. v. explicat, sed „animo carens, ignavus", a persona translatum.

Suppl. 50 *ἐν ποιονόμοις ματρὸς ἀρχαίας τόποις.*

ποιονόμος nihil aliud esse potest nisi „herbivorus" cf. Agam. 1170 *θυσίαι πατρὸς πολυκανεῖς βοτῶν. ποιονόμων*, non, ut nonnulli putant, inter quos Dindorf Lex. Aesch. s. v., Oberdick in Commentario ad Suppl. pg. 94, „herbosus" significat. Proprie ad personam, matrem Ionem ipsam, pertinens, compositum ab ea ad locum, ubi versatur, traiectum est; cf. Schol. qui explicat: *ἐν Ἄργει, οὗ ἐνέμετο ἡ Ἰώ.* Similiter vs. 539 *ματέρος ἀνθονόμους ἐπωπάς*, ubi *ἀνθονόμος* activo sensu usurpatur, non „cuius flores depascuntur" (Dindorf), sive substantivum *ἐπωπή* cum

---

[1]) Sept. 364 autem: *εὐνὰν αἰχμάλωτον ἀνδρὸς εὐτυχοῦντος*, vocabulo *εὐνάν* metaphorice usurpato pro «coniuge,» epitheton sine traiectione adhibetur, ut Aias 212: *ἐπεί σε λέχος δουριάλωτον στέρξας ἀνέχει θούριος Αἴας.*

[2]) cf. Pers. 136 *πόθῳ φιλάνορι* pg. 81.

Schol. per „κατανομάς" explicandum est sive significat „locus, unde aliquid inspicitur". Neque aliter:

fr. 243 Σπέρχειε ποταμὲ βουνόμοι τ' ἐπιστροφαὶ, [1]) βουνόμος „boves pascens" active dicitur, ut omnia adiectiva composita in -νόμος exeuntia, quae citavi pg. 67. Traiectionem non intellexit Dindorf s. v. vertens, a bobus depastus." Alii explicant „ἐπιστροφαὶ βοῶν νεμομένων". Epitheton παροξυτόνως scribendum est. Item Soph. Elect. 181 ὁ τὰν Κρίσᾳ βουνόμον ἔχων ἄκταν, quamquam hoc loco LA. βούνομον προπαροξυτόνως pro βουνόμον παροξυτόνως correxit, quam scripturam Suid. s. v. βούνομον tuetur.

cf. etiam Suppl. 540 λειμῶνα βουχίλον, „boves alens," ubi similis est usus dicendi.

Suppl. 40 λέκτρων ἀεκόντων ἐπιβῆναι.

Pers. 543 λέκτρων εὐνὰς ἁβροχίτωνας.

Nisi χίτωνες „stragula" significare potest, epitheton a feminis ad locum, ubi versantur, translatum est. De periphrasi λέκτρων εὐνάς vide pg. 40.

Apud Euripidem:

Hippol. 68 Ἄρτεμι κάλλιστα παρθένων, ἃ ... ναίεις εὐπατέρειαν αὐλάν.

Hic locus luculentissimum, ut opinor, huius traiectio-

---

[1]) De voce ἐπιστροφή, «locus in quem deverti potest» cf. Aesch. fr. 264 Κίλιξ δὲ χώρα καὶ Σύρων ἐπιστροφαί.

Idem substantivum van Herwerden in Hel. 404 pro ἐπιδρομάς proponit.

nis exemplum est. εὐπατέρεια „bonum patrem habens" legitur Homer. Il. 6 : 292 Ἑλέναν ... εὐπατέρειαν, ubi epitheton personae additur. Hic ad locum, ubi Artemis versatur, translatum est Quam ob rem non necessaria est coniectura, quam Gaisford proposuit et Nauck in editione sua recepit: ναίεις, εὐπατέρει', ἀν' αὐλάν. De explicatione quam Römheld verborum εὐπατέρειαν αὐλάν dat, vide pg. 29.

Iph. T. 1116 βωμούς τε μηλοθύτους, vel ut Enger et Koechly coniecerunt: βωμοὺς θ'ἑλληνοθύτους, epitheton active dictum est, „oves, Graecos immolantes," non passive, ut Römheld putat, interpretans: „arae in quibus oves immolantur." cf. O. C. 1495 βούθυτος ἑστία, et

Iph. A. 185 πολύθυτος ἄλσος, ubi lucus ipse sacra facere dicitur.

Herc. F. 798 ὦ λέκτρων δύο συγγενεῖς εὐναί.

Phoen. 217 ὁμογενεῖς ἐπὶ Λαίου πεμφθεῖσα πύργους.

Similiter Pind. Pyth. 9 : 83 λευκίπποισι Καδμείων ἀγυιαῖς, epitheton, quod frg. 11 : 113 de hominibus dictum est, ad vias translatum est. —

d. Epitheta, quae proprie hominibus conveniunt, transferuntur ad eorum tela, armaque.

Apud Aeschylum legimus:

Sept. 275 sqq. ὧδ' ἐπεύχομαι
θήσειν τροπαῖα, δαΐων δ'ἐσθήματα
στέψειν λάφυρα δουρίπληχθ' ἁγνοῖς δόμοις
278 [στέψω πρὸ ναῶν πολεμίων ἐσθήματα].

Probanda videtur haec Weilii lectio. Nam sine dubio vs. 278 interpretamentum est vs. 277, ab interpolatore additum. Vulgata lectio λάφυρα δουρίπληκτα retineri potest, „spolia hasta perculsa", neque opus est scribere, quod Dindorf proposuit: δουρίπηχθ' ἅγνοις δόμοις, collato Agam. 578 θεοῖς λάφυρα ταῦτα τοῖς καθ' Ἑλλάδα δόμοις ἐπασσάλευσαν ἀρχαῖον γάνος, neque quod Porson edidit: δουρίληφθ', collato Troad. 574 σκύλοις Φρυγῶν δοριθηράτοις. Quod schol. recentior δουρίπληκτα interpretatus est: διὰ τοῦ ἐμοῦ δορὸς σκυλευθέντα, qua re fieri potest, ut δουρίληφθ' legerit, nullius momenti est, cum haec a scriptura iam interpolata profecta esse possint. —

Sept. 135 ἕπτα δ'ἀγήνορες πρέποντες στρατοῦ δορυσσόοις σάγαις.

Schütz mutat: δορυσσόοι σάγαις, iudicans epitheton, quod significare non potest „hastam arcens", ab hastae impetu praeservans", (ut Schol putat, cum explicat: ταῖς διὰ τῶν δοράτων σῳζούσαις πανοπλίαις,) inepte sagis tributum esse. Eum sequi opus non est. Δορυσσόος enim, „hastam vibrans", „hasta impetuosus", „bellicosus" a militibus ad ipsam armaturam traiectum est, cf. Suppl. 182 ubi idem

epitheton ad collectivum ὄχλον pertinet: ὄχλον δ'ὑπασπιστῆρα καὶ δορυσσόον λεύσσω.

Eundem in modum σάγαι cum epitheto, proprie de homine dictum, occurrit:

Sept. 391 τοιαῦτ' ἀλύων τοῖς ὑπερκόμποις σάγαις, „iactabundus", et Pers. 240 ἔγχη σταδαῖα καὶ Φεράσπιδες σάγαι. —

Pers. 269 τὰ πολλὰ βέλεα παμμιγῆ. „Ex omnibus mixtus" exercitus est, ideoque milites, qui tela emittunt, cf. Pers. 53 πάμμικτον ὄχλον, ubi ad collectivum pertinet epitheton.

Pers. 239 αἰχμὴ τοξουλκός, „arcum tendens". αἰχμή hoc loco „sagitta" significat.

cf. quod etiam cum traiectione dictum est: Pers. 55 τοξουλκὸν λῆμα, pg. 79.

Pers. 320 πολύπονον δορύ, quod epitheton non interpretandum est „multos labores excitans", sed „laboriosus", translatum de milite multum hasta laborante.

Apud Euripidem:

Troad. 574 σκύλοις Φρυγῶν δοριθηράτοις, cf. Aeschylum Sept. 275.

Heracl. 819 ἐπειδὴ μονομάχου δι' ἀσπίδος διαλλαγὰς ἔγνωσαν οὐ τελουμένας.

Ab eo, qui pugnat, ad ipsa arma, quibus pugnat, epitheton μονόμαχος „pugnam singularem suscipiens",

translatum est [1]); ἀσπίς enim hoc loco non, ut Phoen. 1325 μονομάχῳ δορὶ μέλλειν εἰς ἀσπίδ' ἥξειν, „pugna" significat, quod patet ex ipsis verbis μονομάχῳ δορί, in quibus eadem traiectio adhibetur. Item Phoen. 1362 εἰς ἀγῶνα μονομάχου τ'ἀλκὴν δορός. Minus recte igitur Römheld Heracl. 819 μονομάχου δι' ἀσπίδος vertit: „durch Einzelkampf"

Iph. A. 771 δοριπόνοις ἀσπίσι καὶ λόγχαις Ἀχαιῶν. Epitheton δορίπονος propter sequens „λόγχαις" credo habere passivam significationem: „hasta vexatus, pressus", cf. Aeschylum Sept. 169 πόλιν δορίπονον, ibid. 628 δορίπονα κακά. Alia adiectiva composita cum δορι- in priore membro, quae passive usurpantur, sunt: δορικμής Choeph. 365 „hasta caesus", δοριλύμαντος fr. 128 „hasta perditus" (vide pg. 49), δορικανής Suppl. 987 „hasta interfectus" (vide supra pg. 57), δοριτίνακτος Sept. 155 „hastis concussus", δορίτμητος, Choeph. 347 „hasta occisus", δοριθήρατος cf. supra, δορίκτητος Hec. 478, Androm. 155, δοριάλωτος Troad. 518.

e. Vocabula, quibus inest notio vivendi, instruuntur epithetis hominis viventis.

Apud Aeschylum occurrit:

---

[1]) cf. Aesch. Sept. 798: μονομάχοις προστάταις, ubi de hominibus epitheton legitur.

Prom. 633 *αὐτῆς λεγούσης τὰς πολυφθόρους τύχας.*

πολύφθορος passive „multum vexata" hoc loco Io ipsa est. Bene comparat Wecklein vs. 820 *τῆς πολυφθόρου πλάνης*, de eadem Ione dictum. Vide pg. 46.

Sept. 899 *ἀραίῳ τ'ἐκ πατρὸς διχόφρονι πότμῳ.*

διχόφρων: „qui mente est discordi." Quod Schol. explicat: „*οὐχ ὁμονοοῦντες*" ipsi fratres sunt, cf. Frey l. c. pg. 51. Transit deinde locutio in simplicem notionem „*διχοφροσύνη*". —

Pers. 852 *μεγάλας ἀγαθᾶς τε πολισσονόμου βιοτᾶς*, cf. Choeph. 864 *ἀρχὰς πολισσονόμους ἕξει*, e quo apparet epitheton *πολισσονόμος*, „urbem regens" proprie ad personam referendum esse. Ceterum *πολισσονόμος βιοτή* non multum discrepat a „*πολιτεία*, staatsleven." Dindorf Lexic. s. v. mire *πολισσονόμος* Choeph. 864 „urbem regens," sed Pers. 852 „in urbe sive civitate degens" interpretatur.

Alia nomina composita in *-νόμος* exeuntia apud Aeschylum sunt: *ἀστυνόμος* Agam. 88 (*θεῶν*), *γαιονόμος* Suppl. 54, *μελισσονόμος* fr. 84 (Ranae 1283), *οἰακονόμος* Prom. 149, *οἰκονόμος* Agam. 155 (*μῆνις*), *πεδιονόμος* Sept. 272, *πεζονόμος* Pers. 76, *περσονόμος* Pers. 919 (*τιμῆς*), *ποιονόμος* Agam. 1170 (*βοτῶν*), Suppl. 50 (*τόποις*), cf. pg. 61, *ἀνθονόμος* Suppl. 539 (*ἐπωπάς*) ibid., *σιδαρονόμος* Sept. 788 (*χερί*). —

Choeph. 1002 *ἀργυροστερῆ βίον νομίζων*, „vitam furacem

agens, exercens, profitens," i. e. een zilverroovend leven leidend, cf. nostrum „een zittend leven, een lui leven", et apud Plat. in Rep. III pg. 407 B: *ἑδραῖοι ἀρχαί.*

Agam. 245 *πατρὸς φίλου τριτόσπονδον αἰῶνα.*

τριτόσπονδος „qui tertium libationem facit" ad ipsum patrem Agamemnonem referendum est, cf. Frey. l. c. pg. 51.

Agam. 1449 *δεμνιοτήρης μοῖρα*, active „sors cubile servans" [1]) cf. Agam. 53 *δεμνιοτήρη πόνον* pg. 48. —

Agam. 1427 *περίφρονα* (superba) *δ'ἔλακες, ὥσπερ οὖν φονολιβεῖ τύχᾳ φρὴν ἐπιμαίνεται.*

Chori scilicet verba ad Clytaemestram. *φονολιβής* „cruorem stillans" (ut enim *αἷμα* pro *φόνος* dicitur, sic etiam *φόνος* pro *αἷμα*), [2]) etiam legitur Eumen. 164. Frey verba *φονολιβεῖ τύχᾳ* ita accipit, ut epitheton referat ad Agamemnonem, qui ab uxore necatus, cruorem stillat. Wecklein vertit: „wie ja gewisz infolge des vergossenenen Blutes dein Sinn toll ist". *φονολιβεῖ τύχᾳ* igitur pro *τὸ λείβειν φόνον* eodem modo intelligit, ut *διχόφρων πότμος* dictum est pro *διχοφροσύνη*. Sed *φόνον*

---

[1]) Dettweiler contra epitheton passive interpretatur: sors eorum, qui in cubili servantur.

[2]) cf. Sept. 44 *θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου.* Choeph. 1012 *φόνου δὲ κηκὶς σὺν χρόνῳ ξυμβάλλεται.* Eumen. 184 *ἐμοῦσα θρόμβους οὓς ἀφείλκυσας φόνου.*

λείβειν idem valens ac „sanguinem effundere" nusquam invenitur. Mihi maxime arridet coniectura Schützii, iudicantis e particula ὥσπερ perspicuum esse in τύχᾳ latere vocabulum, quod metaphoram contineat. Scribit autem, referens ad illam superstitionem, ut, qui humanum sanguinem bibissent, eos furiosa quadam audacia incendi: φονολιβεῖ τεύχει, „poculo cruorem stillanti, sanguine redundanti," et germanice sic vertit: „Du rasest nicht anders, als ob du dich in einem Blutbecher berauscht hättest." —

Eumen. 960 νεανίδων ἐπηράτων ἀνδροτυχεῖς βιότους δότε. ἀνδροτυχεῖς „virum nanciscentes" proprie virgines sunt.

Eumen. 476 αὗται (scil. Furiae) ἔχουσι μοῖραν οὐκ εὐπέμπελον.

εὐπέμπελος, „qui facile dimitti potest", Schol. metaphorice explicat: εὐπαραίτητος, εὐχερής, εὐάρεστος. —

Agam. 762 οἴκων εὐθυδίκων καλλίπαις πότμος ἀεί, „pulchram prolem habens" cf. Eumen. 1031 εὐάνδροισι συμφοραῖς, et Eurip. Ion 491 βιοτᾶς εὔπαιδος. Aliter dictum est Orest. 964 ἃ κατὰ χθονὸς νερτέρων καλλίπαις θεά de Persephone, et Iph. T. 1234 εὔπαις ὁ Λατοῦς γόνος de Apolline, scilicet „een schoonkind". —

Apud Euripidem praeter Ion 491 (cf. supra) tantum haec inveni:

Hippol. 1110 μετὰ δ' ἵσταται ἀνδράσιν πολυπλάνητος αἰών.

Orest. 79 πρὸς Ἴλιον ἔπλευσα θεομανεῖ πότμῳ.

θεομανής, „cui a diis furor immissus est, divino furore percita" Helena est. Transeunt deinde verba θεομανεῖ πότμῳ in notionem „θεομανία", cf. vs. 845 τλήμων Ὀρέστης θεομανεῖ λύσσῃ δαμείς, ubi verbis θεομανεῖ λύσσῃ fere idem significatur ac θεομανεῖ πότμῳ. Vide quod supra pg. 12 sqq. diximus ad explicandum βούθυτος ἡμέρα. Sine traiectione θεομανής substantivo additur Aeschylus Sept. 653 ubi de Polynice legitur: ὦ θεομανές τε καὶ θεῶν μέγα στύγος. Hic enim στύγος, quod proprie „odium significat, concreta notione „hominis odiosi" adhibetur. Vide pg. .

Androm. 658. τῇδε συντράπεζον ἀξιοῖς ἔχειν βίον. συντράπεζος „eiusdem mensae particeps" homo est. εὐτράπεζος „bonam mensam habens", „luxuriosus" legitur apud Aeschylum Agam. 243 πατρὸς κατ' ἀνδρῶνας εὐτραπέζους, apud Euripidem fr. 672 βίος οὐκ εὐτράπεζος, fr. 1039 vs. 3 ὁρᾷς τὸν εὐτράπεζον ὡς ἡδὺς βίος. Oppositum δυστράπεζος habet Euripides Herc. F. 385 ubi πῶλοι (Diomedis equi) detestabilem mensam habere dicuntur, quia peregrinos a domino sibi obiectos homines devorabant. —

g. Epitheta, quae proprie de ipsis hominibus dicuntur, ad membra corporis transferuntur.

Poetae Graeci, maximeque tragici, de membris cor-

poris humani ita loquuntur, ut ea, instructa epithetis, quae proprie ipsis hominibus conveniunt, tamquam personas tractent, atque conscientia animent. Sic adhibita videmus:

ὄμμα. Prom. 903 μηδὲ κρεισσόνων ἐμοῦ θεῶν ἄφυκτον ὄμμα προςδράκοι με, „oculus inevitabilis, cui propter vim nemo resistere potest." Agam. 889 ἐν ὀψικοίτοις δ'ὄμμασιν βλαβὰς ἔχω, „oculis sero requiescentibus". Aesch. Suppl. 814 βίαια μὴ ὁρῶν ὄμμασιν ἐνδίκοις. Medea 1183 ἐξ ἀναύδου ὄμματος.

χείρ. Eumen. 102 πρὸς χερῶν μητροκτόνων de Orestis manibus dictum. Pers. 202 σὺν θυηπόλῳ χερὶ βωμὸν προσέστην. Prom. 849 ἀταρβεῖ χειρί. Sept. 788 καί σφε σιδαρονόμῳ διὰ χερί ποτε λαχεῖν κτήματα, Agam. 116 χερὸς ἐκ δοριπάλτου. Sept. 783 πατροφόνῳ χερὶ τῶν κρεισσοτέκνων ὀμμάτων ἐπλάγχθη, quem locum difficillimum editores vulgo sic interpretantur: „Manu, quae patrem occiderat, oculis se privavit liberis praestantioribus." Dubitandum autem est, num κρεισσοτέκνων genuinum sit. Neque coniectura Hermanni: κυρσοτέκνων ὀμμάτων, „oculis, qui liberis occursuri erant, i. e. visuri eos" sensum probabilem affert.

Hecub. 1034 ἀπολέμῳ χερί, „manu belli imperita, i. e. ignava".

στόμα. Aesch. fr. 281 : 5 τὸ Φοίβου θεῖον ἀψευδὲς στόμα, cf. Eur. Heracl. 891 ἀψευδὲς στόμα, Eur. Suppl.

869 εὐπροσήγορον [1]) στόμα. Prom. 319 ἄγαν ὑψήγορον στόμα, „magniloquus".

γλῶσσα, lingua scilicet, quatenus illa utimur loquentes, Agam. 636 κακαγγέλῳ γλώσσῃ, „mala nuntians", Suppl. 948 ἐξ ἐλευθεροστόμου γλώσσης, Agam. 1399 θαυμάζομέν σου γλῶσσαν ὡς θρασύστομος scil. ἐστί, in quibus exemplis posterior pars compositi eandem fere significationem habet ac vocabulum, cui epitheton additur. Bacch. 268 εὔτροχον γλῶσσαν ἔχεις.

καρδία (κραδία in numeris dactylicis). Agam. 1402 ἀτρέστῳ καρδίᾳ, Sept. 781 μαινομένᾳ κραδίᾳ, cf. Medea 433, Hippol. 1274.

πούς. Orest. 1290 ποδὶ βοηδρόμῳ.

Ex his exemplis, quamvis multa eorum sic in communem usum abierint, ut translationem non amplius sentiamus, tamen intelligi possunt illae maioris audaciae locutiones, in quibus partes corporis ipsum hominem designant, unde fit, ut cum his epitheta coniungantur, quae proprie ad personas pertineant.

Apud Aeschylum invenimus:

Sept. 932 οἱ δ' ὧδ' ἐτελεύτασαν ὑπ' ἀλλαλοφόνοις χερσὶν ὁμοσπόροισιν.

ἀλλαλοφόνοι, ὁμόσποροι proprie ipsi frates sunt, cf. vs.

---

[1]) cf. Alc. 775 εὐπροσηγόρῳ φρενί «animo, qui libenter. compellatur.

820 βασιλέοιν δ' ὁμοσπόροιν πέπωκεν αἷμα γαῖα, ubi de hominibus ὁμόσπορος dicitur.

Similiter vs. 805 ἄνδρες τεθνᾶσιν ἐκ χερῶν αὐτοκτόνων [1]).

Agam. 11 ἀνδρόβουλον (Herwerden ex Hesych. ἀνδρόλημον) γυναικὸς ἐλπίζον κέαρ „cor viri voluntatem habens." Alia adiectiva composita in βουλος apud Aeschylum sunt: γυναικόβουλος Choeph. 626 (μήτιδας), vide pg. 78, αὐτόβουλος Sept. 1052, βαθύβουλος Pers. 142 (φρόντιδα), ὀρθόβουλος Prom. 18 (Θέμιδος), ἀμφίβουλος Eumen. 733, δυσπαράβουλος Suppl. 106 (φρεσίν).

Suppl. 71 ἀπειρόδακρυς καρδία „cor imperitum lacrimarum."

Agam. 34 γένοιτο δ' οὖν μολόντος εὐφιλῆ χέρα ἄνακτος τῇδε βαστάσαι χερί.

Choeph. 384 βροτῶν τλάμονι καὶ πανούργῳ χειρί.

Mirum exemplum habemus:

Suppl. 656 τοιγὰρ ὑποσκίων ἐκ στομάτων ποτάσθω φιλότιμος εὐχά.

Ex eo, quod recte comparat Schütz, vs. 354 ὁρῶ κλάδοισιν νεοδρόποις κατάσκιον νέον θ' ὅμιλον, apparet proprie homines i. e. puellas ὑποσκίους (umbrosas) esse, quia supplices olivae ramos praetenderint. Oppositum invenies apud Euripidem, qui Orest. 383 ἀφύλλου στόματος ἐξάπτων λιτάς, locum Aeschyleum imitatur. Quare non scriben-

[1]) De epitheto αὐτοκτόνος vide pg. 51.

dum est, quod Reiske et Nauck coniecerunt: *ἀφύλλους*. Cf. etiam Hesychius: *Ἀφύλλου στόματος· ἄνευ ἱκετηρίας.*

Apud Euripidem praeter Hel. 135 *εὐγενῆ δέρην*, et vs. 1186 *εὐγενοῦς κρατός*, de quo vide pg. 9, 10, legitur:

Ion 242 *εὐγενῆ παρηΐδα*, „nobilem genam". Sed Iph. A. 1574 *αἷμα καλλιπαρθένου* [1]) *δέρης* ad analogiam adiectivorum possessivorum explicandum erit, cf. pg. 103. —

Orest. 383 *ἀφύλλου στόματος ἐξάπτων λιτάς.*

ἄφυλλος „sine foliis" Orestes est, „in manu olivae ramos non gerens", cf. supra ad Suppl. 656.

Medea 1254 *τέκνοις προσβαλεῖν χέρ' αὐτοκτόνον*, cf. pg. 51.

Alcest. 103 *οὐδὲ νεολαία δουπεῖ χεὶρ γυναικῶν.*

νεολαία, quod per se substantivum est, legitur apud Aeschylum Pers. 670 *νεολαία γὰρ ἤδη πᾶσ' ὄλωλεν*, et Suppl. 686 *εὐμενὴς δ' ὁ Λύκειος ἔστω πάσᾳ νεολαίᾳ.* Hoc loco adiectivi vice fungitur, i. q. *νέος*. *Νεολαία* autem nihil aliud esse videtur nisi substantivum ab adiectivo *νέος* derivatum. Quod si conceditur, necesse non est *νεολαία* in loco Euripideo cum Römheld, qui putat vocem cohaerere cum *λαός* et significare „cuiusvis populi homines adolescentes", ita explicare, ut alterum membrum significationem suam amittat. —

---

[1]) De Hel. vs 1 *Νείλου καλλιπάρθενοι ῥοαί* cf. pg. 8.

h. Traiectio ab hominibus ad eorum vocem.

Vox humana et vocabula huic cognata, instructa epithetis hominibus propriis, quasi personae sint, tractantur. Si epitheta sunt composita, non raro videmus horum posteriorem partem eandem fere habere significationem atque substantiva, quae epithetis illis ornentur. Leguntur autem:

Apud Aeschylum:

Pers. 575 *τεῖνε δὲ δυσβάυκτον βοᾶτιν αὐδάν.*

Prom. 173 *μελιγλώσσοις πειθοῦς ἐπαοιδαῖσιν*, dulce loquentes incantationes.

Pers. 940 *αἰανῆ πάνδυρτον δυσθρόον αὐδάν.*

„ 935 *πρόςφθογγον βοάν.*

Eumen. 380 *αὐδᾶται πολύστονος φάτις.*

Agam. 57 *γόον ὀξύβοαν* cf. 711 *πολύθρηνον ὕμνον.*

Sept. 1023 *ὀξύμολπα οἰμώγματα.* —

Apud Euripidem:

Hecub. 661 *κακογλώσσου βοῆς*, Troad. 127 *συρίγγων εὐφθόγγῳ φωνᾷ*, Phoen. 1224 *εὐαγγέλου φήμης*, Iph. T. 143 *δυσθρηνήτοις θρήνοις*, quod aliter dictum est ac *αἰὼν δυσαίων*, *δνσδαίμων δαίμων*, similia, de quibus vide pg. 5; hic enim secundum membrum verbalem habet naturam, cf. Hecub. 212 *κλαίω πανδύρτοις θρήνοις.* —

Iph. T. 178 *ἀντιψάλμους ᾠδας*, Med. 1176 *ἀντίμολπον κωκυτόν.*

Ex his intelligi possunt ea, quae maiore audacia [1]) dicta leguntur:

Apud Aeschylum:

Pers. 939 πολύδακρυν ἰακχάν. Epitheton quod proprie significat „multas lacrimas habens" ad personam pertinet, cf. Pers. 948 ἀρίδακρυς γόος, ubi clamor ipse pro homine clamanti lacrimas habere dicitur.

Agam. 244 ἀγνὰ δ'ἀταύρωτος αὐδὰ ἐτίμα.

ἀταύρωτος [2]) i. q. ἄζευκτος „virum nondum experta" ad Iphigeniam referendum est. Sic lectio mss., quam plerique editores in ἀγνᾷ δ'ἀταύρωτος αὐδᾷ mutaverunt, retineri potest.

Agam. 920 μηδὲ βαρβάρου φωτὸς δίκην χαμαιπετὲς βόαμα προσχάνῃς ἐμοί, „humi prostratus clamor", a persona (Clytaemestra) translatum [3]); cogitandum est de προσκυνήσει barbarorum, qui in terram prostrati reges adorabant.

Sept. 348 βλάχαι αἱματόεσσαι τῶν ἐπιμαστιδίων ἀρτι τρεφεῖς βρέμονται.

---

[1]) cf. quod pg. 72 diximus de partibus corporis.

[2]) Parodia huius compositi invenitur Lysistr. 217: δίκοι δ'ἀταυρώτῃ διάξω τὸν βίον.

[3]) Sed Pind Ol. 9:12 χαμαιπετεῖς λόγοι, Pyth. 6:37 χαμαιπετὴς ἔπος proprie humi cadentia verba i. e. nihil efficientia, vana, imagine petita a lanceis, quae ante metam humi cadunt. (Brüuning de adiectivis compositis apud Pindarum).

Sic habent omnes libri, nisi quod recentiores *ἀρτι-βρεφεῖς*. Si vera est lectio *ἀρτιτρεφεῖς*, verba magna audacia dicta sunt pro *βλαχαὶ τῶν αἱματοέντων ἀρτιτρεφῶν ἐπιμαστιδίων*. Dindorf edit, quod Schütz proposuit ex *ἀρτιβρεφεῖς* ortum, *ἄρτι βρεφῶν* cum *ἐπιμαστιδίων* coniungendum, cf. Iph. T. 231 *ἐπιμαστίδιον βρέφος*. Sed „qui omnem dictionis audaciam removere volebant, etiam *αἱματοέντων* scribere debebant", Weil iure dicit.

Epitheta ab infantibus ad eorum vagitum traiecta sunt, quam interpretationem cetera exempla satis, ut opinor, tuentur.

Sept. 916 *δαϊκτὴρ γόος, αὐτοστόνος, αὐτοπήμων, δαϊόφρων, οὐ φιλογαθὴς, ἐτύμως δακρυχέων*. De hoc loco cf. Frey l. c. pg. 62, ubi dicit epitheta *δαϊκτήρ* (i. e. lacerans, interficiens), *δαϊόφρων* (hostilis) ab obiecto scil. fratres ad quos querela spectat, epitheta autem *αὐτοστόνος, αὐτοπήμων, φιλογαθής, δακρυχέων* [1]), a subiecto i. e. ipsis lamentantibus virginibus, traiecta esse.

Apud Euripidem:

Suppl. 773 *μολπὰς ἐκχέω δακρυρρόους*. Cantus ipse lacrimas stillare dicitur, epitheto a persona, qui cantat, traiecto.

Mirum exemplum habemus:

---

[1]) cf. Pers. 939, 948 supra et Choeph. 449 *πολύδακρυν γόον*.

Phoen. 789 *ἀλλὰ σὺν ὁπλοφόρῳ στρατὸν Ἀργείων ἐπιπνεύσας*
ἄσμασι Θήβαις,
κῶμον ἀναυλότατον προχορεύεις,
οὐδ' ὑπὸ Θυρσομανεῖ νεβρίδων μέτα δινεύεις sqq.

ἄσμασι Badham et Nauck scribunt [1]) pro ms. *αἵματι*, quod nullum sensum praebet. Optime haec correctio quadrat cum *ἀναυλότατον κῶμον* et *Θυρσομανεῖ*, cui *ἄσμασι* supplendum est.

Epitheton *ὁπλοφόρῳ* traiectum esse putandum est, quod hic non maiore audacia fit, quam loco Aeschyleo Sept. 348 *βλάχαι αἱματόεσσαι ἀρτιτρεφεῖς*. —

i. Traiectio ad voces, quae „animum, „consilium" significant.

Apud Aeschylum leguntur:

Choeph. 626 *γυναικοβούλους μήτιδας Φρενῶν.*

Cum *γυναικόβουλος* cf. Agam. 11 *ἀνδρόβουλος* [2]), quam ob rem Dindorf epitheton male passive interpretatur: „a muliere excogitatus". —

Prom. 602 *Ἥρας ἐπικότοισι μήδεσι δαμεῖσα*, „iratis Iunonis consiliis perdomita".

---

[1]) Wecklein: *σὺν ὁπλοφόρῳ σάγματι*, quocum comparat *πάνοπλα ἀμφιβλήματα* Phoen. vs. 779.

[2]) Vide pg. 73.

Pers. 55 τοξούλκῳ λήματι πιστούς. Ipsa voluntas velut arcum tendere fingitur. De composito τοξουλκός cf. Pers. 239 αἰχμὴ τοξουλκός pg. 65.

Pers. 29 ψυχῆς εὐτλήμονι δόξῃ. Epitheton εὐτλήμονι „fortis" proprie ad hominem pertinens substantivo δόξῃ additur, quod hic non „gloria, existimatio" significat (cf. Dettweiler, qui pg. 17 male vertit „Ruhm einer mutigen Seele") sed „opinio quam de se habet aliquis. Ad huius substantivi sensum cf. Demosth. 19 : 29, Aesch. de falsa legatione 73, Thuc. 7 : 66 : 3.

Suppl. 363 ἱεροδόκα Θεῶν λήματα. Ipsa voluntas deorum sacra oblata accipere dicitur.

Choeph. 606 ὁ παιδολυμὰς Θεστιὰς μήσατο πυρδαῆτιν πρόνοιαν „consilium igni consumens".

Apud Euripidem solum inveni: Phoen. 1300 μονόμαχον ἐπὶ Φρέν' ἠλθέτην. De epitheto μονόμαχος cf. ad Heracl. 819 pg. 65.

k. Traiectio ab hominibus ad affectus animi quibus commoventur.

Quo audaciae Aeschylus et Euripides in epithetis cum substantivis coniungendis processerint, optime videri potest ex exemplis, quae nunc prolaturus sum. Notiones autem, quibus affectus animi exprimitur, per personificationem pro ipsis hominibus, quos commovent, ponuntur. Quare

epitheta si accedunt traiecta esse dicenda sunt ab homine ad quem proprie referenda sunt. Huc pertinent:

„Audacia".

Prom. 861 δαμέντων (scil. αὐτῶν, Aegypti filiorum) νυκτιφρουρήτῳ θράσει, „audacia noctis opportunitatem observante." [1])

„Timor."

Prom. 580 τί ποτέ μ' οἰστρηλάτῳ δείματι ὧδε τείρεις.

οἰστρήλατος passive dictum est „oestr o, o i. e. insania, percitus". Collatis vss. 589 τῆς οἰστροδινήτου κόρης, 681 οἰστροπλὴξ δ'ἐγὼ ἐλαύνομαι, Suppl. 572 οἰστροδόνητον Ἰώ, perspicuum est Ionem ipsam „οἰστρήλατος" esse. Epitheton, quod Schütz non bene expedit per „ex insania ortus", a persona translatum est. Dettweiler „δείματι οἴστρου, timore oestri, insaniae" interpretans, non vertit secundum compositi membrum. Omnino reiciendum est, quod Schol. putat, οἰστρηλάτῳ activum sensum habere, reddens: δι' οἶστρου καὶ ἀναβακχεύοντι φοβήματι. —

„Insania".

Agam. 1576 πᾶν ἀπόχρη μοι μανίας μελάθρων ἀλληλοφόνους ἀφελούσῃ.

ἀλληλοφόνοι homines sunt, qui se invicem interficiunt.

---

[1]) cf. Schol. νυκτὸς γὰρ ἐπιτηρήσαντες αὐτοὺς ἀνεῖλον.

Euripides Iph. T. 83 ἐλθὼν δέ σ' ἠρώτησα πῶς τροχηλάτου [1]) μανίας ἄν ἔλθοιμ' εἰς τέλος πόνων τ' ἐμῶν.

In his τροχήλατος vulgo active explicatur, scilicet: „furoris rotis quasi agitantis". Vide Römheld pg. 69, et Weilium, [2]) qui comparat: Orest. 36 τὸ μητρὸς αἷμα νιν τροχηλατεῖ μανίαισιν et Elect. 1252 δειναὶ δὲ Κῆρες σ' αἱ κυνώπιδες θεαὶ τροχηλατήσουσ' ἐμμανῆ πλανώμενον. Ita vero praestat τροχός de „turbine" (βέμβιξ) accipere, cf. Vergil. Aen. 7 : 377 *immensam sine more furit lymphata per urbem. Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo sqq..*, ubi furor Amatae cum turbine comparatur. Tibullus I : 5 : 3. *Namque agor, ut per plana citus sola verbere turben.*

Nihilominus, ut aliis locis, ubi τροχήλατος invenitur (vide pg. 58), sic etiam hic credo epitheton habere passivam significationem [3]), „rotis agitatus". Epitheton a persona (Oreste scilicet) translatum est. Poeta Ixionem ante oculos habuisse potest, qui Herc. F. 1297 ἁρματήλατος dicitur.

„Desiderium".

Pers. 136 πόθῳ φιλάνορι, „desiderium maritos amans",

---

[1]) Nauck: ποινηλάτου, van Herwerden: οἰστρηλάτου.

[2]) Sept Tragédies d'Euripide.

[3]) cf. etiam alia epitheta in ήλατος exeuntia, velut: οἰστρήλατος Prom. 580, Aesch. Suppl. 181 ἀξονήλατος «axi agitatus,» ἁρματήλατος «rota currus actus» Herc. F. 1297.

dictum de feminis Persarum, quae maritorum expertes in patria relinquuntur. De epitheto φιλάνωρ cf. Agam. 411 λέχος καὶ στίβοι φιλάνορες de Helena, vide pg. 61, et ibid. 856 τοὺς φιλάνορας τρόπους de Clytaemestra. Oppositum est στυγάνωρ, Prom. 724 Ἀμαζόνων στρατὸν στυγάνορα, et ἀστεργάνωρ ibid. 898 ἀστεργάνορα παρθενίαν Ἰοῦς, quae epitheta sola apud Aeschylum leguntur.

Agam. 1478 ἔρως αἱματολοιχός, „sanguinem lingens" Idem fere est αἱματορρόφος Eumen. 193, leonis epitheton.

Phoen. 330 πόθον ἀμφιδάκρυτον ἀεὶ κατέχων. Proprie „multas lacrimas habens".

„Gaudium".

Complura exempla apud Euripidem inveniuntur:

Herc. F. 385 ἀνδροβρῶσι χαρμοναῖσιν. Cf. fr. 541 ἀνδροβρῶτας ἡδονάς.

Bacch. 139 ὠμοφάγον χάριν.

Phoen. 337 παιδοποιὸν ἀδονάν. [1])

Ion 664 βουθύτῳ σὺν ἡδονῇ, quod non multum differt a notione „βουθυσία", vide pg. 13 sqq.

Phoen. 314 πολυέλικτον ἡδονὰν ἐκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο περιχορεύουσα.

πολυέλικτος „multum saltans" proprie ad personam (Iocasten) pertinet. Deinde πολυέλικτον ἡδονάν transit (cf. Ion 664 βουθύτῳ σὺν ἡδονῇ) in simplicem notionem

---

[1]) Androm. 4 δάμαρ παιδοποιός.

„πολλοὺς ἐλιγμούς", accusativum interioris obiecti cum περιχορεύουσα coniungendum. —

Elect. 126 πολύδακρυν ἡδονάν, „tranenrijk genot".

Bacch. 376 παρὰ καλλιστεφάνοις εὐφροσύναις. —

„Cura, dolor".

Agam. 430 πένθεια τλησικάρδιος, „luctus patiens."

Eumen. 496 πολλὰ παιδότρωτα πάθεα προσμένει τοκεῦσιν.

παιδότρωτοι „a liberis vulnerati" [1]), ipsi parentes sunt, qui dolore affliguntur. —

Orest. 1500 πολύπονα πάθεα Μενέλαος ἀνασχόμενος.

Hippol. 1428 ἀεὶ δὲ μουσοποιὸς εἰς σὲ παρθένων ἔσται μέριμνα, a virginibus, quae carmina fingunt, translatum.

Agam. 180 μνησιπήμων πόνος, „angor malorum memor" a persona translatum, non „ex malorum recordatione nascens" ut Dindorf Lexic. s. v. immerito addit.

Choeph. 842. καὶ τόδ' ἀμφέρειν δόμοις γένοιτ' ἂν ἄχθος αἱματοσταγὲς φόνῳ τῷ πρόσθεν ἑλκαίνουσι καὶ δεδηγμένοις.

Wecklein adnotat: „der Ausdruck αἱματοσταγές und ἑλκαίνουσι καὶ δεδηγμένοις hat Bezug auf das Zerreiszen von Brust und Wange bei einem Todesfalle". Epitheton igitur αἱματοσταγές „cruore stillans" proprie ad personam pertinet. Vel legendum est αἱματοσταγεῖ φόνῳ, ut Agam. 1309, (vide pg. 58). —

Praeterea legitur:

---

[1]) Dindorf Lexic. s. v. «a liberis vulnerantibus inflictus.»

Med. 637 μηδέ ποτ' ἀμφιλόγους ὀργὰς προσβάλοι δεινὰ Κύπρις. De ἀμφίλογος cf. ad Phoen. 500 pg. 56.

Orest. 1571 σῆς βοηδρόμου σπουδῆς.

Herc. F. 835 παιδοκτόνους φρενῶν ταραγμούς. —

l. Epitheta, quae proprie de homine dicuntur, transferuntur in vocabula: ἄτα, ἀραί, δίκαι, λιταί.

Ad bene hunc usum diiudicandum operae pretium est, conferre, quod Oberdick ad Suppl. 98 ex Steusloffio pg. 27 citat, qui haec scribit de voce Ἄτη: „Ἄτη ist im Aeschyleischen Sprachgebrauche nichts anders, als der Zustand, in den jedes ἄγαν den Menschen bringt, das ἄγαν der Leidenschaft sowohl als der Macht und des Reichthumes, sqq.". Et porro: „Und doch ist Ἄτη auch Person; gleichwie auch heute noch dem von schweren Krankheit Befallenen diese wie ein Böses Wesen vorkommt, mit dem er bis zum Siege des Lebens oder Todes ringen musz, gleichwie die grosze Negation des Lebens, der Tod, zu allen Zeiten und bei allen Völkern personificirt worden ist, so erscheint Ἄτη schwankend zwischen abstractem Begriff und lebendigem Wesen". —

Ἄτη apud Homerum Il. 19 : 91 Iovis filia nominatur: πρέσβα Διὸς θυγάτηρ Ἄτη, ἥ πάντας ἀᾶται οὐλομένη. Apud Aeschylum Ἄταν saevam punientem deam invenimus:

Pers. 97 *Φιλόφρων γὰρ παρασκίνει βροτὸν εἰς ἄρκυας Ἄτα.* Choeph. 383 *κάτωθεν ἀμπέμπων ὑστερόποινον Ἄταν*, cf. etiam Sept. 956, Pers. 1006, Agam. 1124, 1433, Agam. 386: *βιᾶται δ' ἁ τάλαινα Πειθὼ, προβούλου παῖς* [1]) *ἄφερτος Ἄτας*, ubi *Πειθώ* filia esse dicitur *Ἄτης*.

Ex hoc intelligentur loci, ubi *ἄτη* quidem in abstractam notionem „pernicies, damnum" transiit, sed propria vis vocabuli adhuc sentiri potest, quam ob rem epitheton, quod accedit, propie ad personam referendum est. Legitur autem:

Sept. 315 *ἀνδρολέτειραν νόσον, ῥίψοπλον ἄταν*, ubi *ῥίψοπλον ἄταν* non significat: perniciem *τοῦ ῥίπτειν τὰ ὅπλα* (Dettweiler), neque calamitatem, quae scutum abicere cogit (Blomfield), sed „scutum abicientem". *ῥίψοπλος* i. e. *ῥίψασπις*, is est qui clypeo abiecto e proelio fugit.

Sept. 637 *θυμοπλῆθὴς δορίμαργος ἄτα* „furibunda, hasta saeviens pernicies". Eadem significatione ac *δορίμαργος* legitur *δοριμανής* apud Euripidem Suppl. 485: *οὐκ ἄν ποθ' Ἑλλὰς δοριμανὴς ἀπώλυτο.*

Pers. 653 *οὐδὲ γὰρ ἄνδρας ποτ' ἀπώλλυ πολεμοφθόροισιν ἄταις*, „bello perdens".

Agam. 643 *δίλογχον ἄτην* „duas gerens hastas".

Herc. F. 1284 *εὐπροσηγόρους ἄτας.*

Iph. T. 225 *αἱμόρραντον δυσφόρμιγγα ἄταν ξείνων.* —

[1]) Hartung pro: *προβουλόπαις.*

Idem obtinet de voce „ἀραί". Proprie enim Dirae, Furiarum comites, sunt. Cf. Soph. Elect. 111, ubi Ἀρά iuxta Furias ponitur:

ὦ χθόνι' Ἑρμῆ καὶ πότνι' Ἀρά,
σεμναί τε θεῶν παῖδες Ἐρινύες.

Tum vocabulum transit in abstractam significationem: „exsecratio, imprecatio". Cum epithetis ab homine sumptis legitur:

Sept. 787 πικρόγλωσσοι ἀραί, non „amare dictae" ut Dindorf Lexic. s. v. explicat, sed „amaram linguam habentes". Similiter epitheton ad hominem (Oedipum scil.) spectat:

Sept. 786 τέκνοισιν δ'ἀρὰς ἐφῆκεν ἐπικότους et

Sept. 721 περίθυμοι κατάρχι [1]) Οἰδιπόδα βλαψίφρονος. —

Orest. 997 ἀρὰ πολύστονος.

Δίκαι punientes deae vocantur:

Eumen. 186 καρανιστῆρες ὀφθαλμώρυχοι δίκαι, „vindictae capita detruncantes, oculosque effodientes".

Herc. F. 889 λυσσάδες ὠμοβρῶτες δίκαι. —

Λιταί „preces" Homer. Il. 9 : 502 καὶ γάρ τε Λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο, Iovis filiae nominantur. Inde scribere potuit Aeschylus:

[1]) Cum κατάραι cf. κατεύγματα. Sept. 709 ἐξέζεσεν γὰρ Οἰδίπου κατεύγματα. Idem vocabulum Euripides habet Hippol. 1170 ἀκούσας τῶν ἐμῶν κατευγμάτων, eodem sensu. Sed Sophocles O. R. 920 ἵκετις τοῖσδε σὺν κατεύγμασιν, κάτευγμα votum significat, ut Eumen. 1021, Choeph. 218.

Sept. 172 κλύετε παρθένων χειροτόνους λιτάς, ubi preces ipsae manus tendentes finguntur.

Sept. 320 ὀξυγόοις λιταῖσιν „clara voce eiulans".

„ 142 λιταῖσιν θεοκλύτοις, „deos implorans" [1]) Ad horum analogiam fortasse explicari potest, quod legitur Eumen. 718 πρωτοκτόνοισι Ἰξίονος προστροπαῖς, ubi ipsae preces caedem perficisse dicuntur. De Euripidis Alc. 1159 βωμοὺς κνισᾶν βουθύτοισι προστροπαῖς vide pg. 13 sqq.

III. De artificiosiore usu epithetorum, quae sine traiectione adhibentur.

Secunda causa, qua non statim vinculum, quo epitheton cum substantivo copulatur, sentimus, versatur in eo notissimo, imprimis poetarum, usu dicendi, quo per figuram, quae dicitur metonymia [2]), notionem abstractam in notionem concretam transire videmus.

Primo loco hoc caput continebit tales epithetorum substantivorumque coniunctiones, qualis una est Herc. F. 181: τετρασκελὲς ὕβρισμα, Κενταύρων γένος, de quo loco

---

[1]) Verbum θεοκλυτεῖν invenitur apud Aeschylum Pers. 500, Euripidem Medea 207.

[2]) De diversis generibus metonymiae vide Bernhardy Synt. der Griech. Sprache pg. 45 sqq., Kühner Gr. Gramm. II pg. 9 sqq. Matthiae Gr. Gr. II § 309, 429. Gerbert «die Sprache als Kunst". De «Metonymia abstractae notionis pro concreta apud Aeschylum" scripsit Rüter Halis 1877.

Römheld l. c. pg. 170 sic scribit: „Haec nisi exstaret illud γένος essent sane simplicissima. Nam Κενταύρων ὕβρισμα quodammodo periphrastice dictum esse statuendum esset pro Κενταύρους, ita tamen, ut superba et atrox Centaurorum natura hac circumlocutione non aliter subintellegeretur, atque in ἀνδρῶν Φεραίων εὐμενὴς παρουσία Alc. 606 hos viros coram adesse periphrasi insuper indicatur; praeterea τετρασκελές ut Alc. 606 εὐμενής traiectum esse credendum est. Nunc vero ut illud γένος explicemus duplicem periphrasin statuere cogimur." Putat igitur Römheld „Amphitryonem concitate hic loquentem primum cum ὕβρισμα genetivum Κενταύρων coniunxisse, deinde autem primarii nominis iam oblitum insuper γένος addidisse".

Ab hac mira interpretatione me longe discedere confitendum est. Luce enim clarius est, Κενταύρων cum γένος coniungendum esse; ὕβρισμα autem concreto sensu pro ὑβρισταί adhibetur, quam ob rem epitheton re vera ad substantivum pertinet neque traiectum esse credendum est.

Secundo loco ea exempla proponam, quae ut Helen. 388 τεθρίππους ἁμίλλας, de quo egimus pg. 12 (cf. pg. 19) dicta esse censeo, et quodammodo cognata sunt iis, quae primo loco enumerabo. Substantivo enim participii vice fungente, etiam res effecta pro re efficienti adhibetur.

a. Primo generi tribuenda sunt haec:

Apud Aeschylum:

Choeph. 960 ἄξιον οὐρανοῦχον ἄρχαν σέβειν, quod, ἄρχα concreta notione adhibito, idem est ac οὐρανούχους [1]) ἄρχοντας, cf. Suppl. 485 κατ' ἀρχῆς γὰρ Φιλαίτιος λεώς, ἀρχῆς eodem sensu concreto. Sed Choeph. 864 πολισσονόμους ἀρχάς, ἀρχαί servat significationem abstractam. —

Ut Choeph. 960, Suppl. 485 ἀρχή, etiam aliae voces, quae habent significationem regni, imperii, servitii, transeunt ad notionem eius, qui regit, imperat, servit et quidem:

τιμή: Agam. 44 Μενέλαος ἄναξ ἠδ' Ἀγαμέμνων, δίθρονου καὶ δισκήπτρου τιμῆς ὄχυρον ζεῦγος Ἀτρειδᾶν, quod vernacula lingua reddi potest: „Het sterke paar van de regeerende beide met troon en schepter begiftigde Atriden."

τυραννίς: Choeph. 973 ἴδεσθε χώρας τὴν διπλῆν τυραννίδα de mortuis Clytaemestra atque Aegistheo.

κράτος: Agam. 109 Ἀχαιῶν δίθρονον κράτος pro δίθρονοι κράτιστοι, dictum de Menelao et Agamemnone, cf. 619 τῆσδε γῆς φίλον κράτος de Menelao.

---

[1]) Alia epitheta composita in -οῦχος apud Aeschylum sunt: ἑστιοῦχος Pers. 511 (γαῖαν), πολιοῦχος Sept. 312, Suppl. 1020 (θεοί), 822 (δαίμονες), πολίοχος metri causa Sept. 110 (θεοί), πολισσοῦχος Sept. 69, 185, 271. Agam. 338, Suppl. 493 (θεοί), Eumen. 775 (λεάς), 883 (βροτῶν), 1010 (παῖδες), ταγοῦχος Eumen. 296 (ἀνήρ), ταλαντοῦχος Agam. 439 (Ἄρης).

Sept. 127 ὦ Διογενὲς φιλόμαχον κράτος (de Minerva) i. e. ὦ Διογενὲς φιλόμαχε κράτιστε.

Φρούρημα [1]): Sept. 449 Πολυφόντου βία, Φερέγγυον φρούρημα, cf. Eumen. 685. Similiter φρούριον, quod Eumen. 718 locus, qui custoditur, Eumen. 949 de hominibus, qui locum custodiunt, usurpatur: ἦ τάδ' ἀκούετε, πόλεως φρούριον; et ἕρκος e notione munimenti transit ad significationem eius, qui munimento est, Agam. 257 γαίας μονόφρουρον ἕρκος, quod de Clytaemestra dicitur.

Δούλευμα: Eurip. Ion 748 γυναῖκες, ἱστῶν καὶ κέρκιδος δούλευμα πιστόν, i. e. πισταὶ δοῦλαι.

Μέριμνα proprie cura, sollicitudo concreto sensu eius, cuius cura tenemur, qui curae alicui est, item κακά, invenitur de Polynice atque Eteocle:

Sept. 829 διπλαῖ μέριμναι, διδυμανορέα κακά αὐτοφόνα. Si vera haec est lectio [2]) διδυμανορέα κακὰ αὐτοφόνα poetice dictum est pro δίδυμοι ἄνδρες κακῶς ἀλλήλους φονεύσαντες.

κακά [3]) igitur ipsi fratres miserrima caede interempti appellantur, ut Sept. 984 δύστονα κήδε' ὁμώνυμα de iisdem Eteocle atque Polynice legitur. Falso Dettweiler aliique

---

[1]) Apud Euripidem φρούρημα concreto sensu legitur Elect. 798: λόγχας, δεσπότου φρουρήματα.

[2]) Hermann.: δίδυμ' ἀγανόρεα (fortia) κακά.

[3]) Aliter Agam. 1091 αὐτοφόνα κακὰ καρατόμα, quod scribit poeta pro αὐτοφονία, καρατομία, ut δούλιον ἦμαρ idem est quod δουλεία, de quo vide pg. 15 sqq.

διδυμανορέα κακὰ αὐτοφόνα [1]) interpretantur: „calamitates duorum virorum se ipsum interficientium."

μίασμα „piaculum" de Clytaemestra legitur notione hominis scelesti:

Choeph. 1028 πατροκτόνον μίασμα καὶ θεῶν στύγος.

Item de Oreste: Eumen. 169 ἐφεστίῳ μιάσματι μυχὸν ἔχρανας, „homine scelesto maculavisti" (sunt verba Furiarum ad Apollinem). Sed de Eumen. 281 μητροκτόνον μίασμα vide pg. 101.

στύγος concreto sensu hominis odiosi etiam invenitur:

Sept. 653 ὦ θεομανές [2]) τε καὶ θεῶν μέγα στύγος.

βόσκημα proprie „pabulum", „nutrimentum" [3]), concreto sensu eius, qui pascitur, exstat:

Eumen. 302 ἀνικήματον βόσκημα, de Oreste.

χείρωμα Agam. 1326 δούλης θανούσης, εὐμαρεῖς χειρώματος, de ea, quae facile opprimi potest.

De Sept. 1022 τυμβοχόα χειρώματα cf. pg. 47.

μῆνις concreto sensu Clytaemestra dicitur:

Agam. 155 μίμνει οἰκονόμος δολία μνάμων μῆνις τεκνόποινος.

Aliae voces ex abstracta notione concreto sensu adhibentur, et quidem collectivo sensu, velut:

---

[1]) Pro αὐτοφόνα van Herwerden «Emendationes Aeschyleae" coll. vs. 893 ἀντιφόνων θανάτων et 933 ὑπ'ἀλλαλοφόνοις χερσίν, ἀντιφόνα proponit, quod, ut putat vir doctus, Schol. fortasse legit, explicans: ἀλληλοκτόνοι γὰρ ἐγένοντο. Sed cf. θάνατος αὐτοκτόνος pg. 51.

[2]) De aliis locis, ubi hoc epitheton legitur, vide pg. 70.

[3]) cf. Suppl. 620 ἀμήχανον βόσκημα πημονῆς.

ἀρωγή Agam. 47 στρατιῶτιν ἀρωγήν, quod nihil aliud est nisi στρατιά, στρατιῶται.

ἐπικουρία Suppl. 721 de copiis auxiliaribus (ἐπίκουροι): καὶ τἄλλα πλοῖα πᾶσα δ' ἡ 'πικουρία εὔπρεπτος.

ἥβη ipsi iuvenes appellantur: Pers. 512 ποθοῦσαν φιλτάτην ἥβην χθονός, ibid. 733 οἵαν ἄρ' ἥβην ξυμμάχων ἀπώλεσε, 923 γᾶ αἰάζει τὰν ἐγγαίαν ἥβαν. Cf. ὁμηλικίη pro ὁμήλικες, συμμαχία pro σύμμαχοι, iuventus pro iuvenes, passim. Eurip. Suppl. 175 πρεσβεύματα i. q. πρέσβεις. Etiam Xenoph. Hell. V : 2 : 9 κατάγειν ἐβούλοντο τὴν Φυγήν. —

Apud Euripidem praeter Herc. F. 181 τετρασκελὲς ὕβρισμα, legitur:

Phoen. 1492, ubi Antigone mortuorum fratrum corpora comitans, se ipsa nominat: ἀγεμόνευμα νεκροῖσι πολυστόνου, ἀγεμόνευμα concreto sensu pro ἡγέμων adhibito.

Suppl. 134 οὐκ ἐγγενῆ συνῆψα κηδείαν δόμοις, ubi κηδεία pro κηδεστής usurpatur, cf. Orest. 977 ubi κήδευμα pro κηδεστής: ὦ χαῖρε καὶ σὺ Μενέλεως, κήδευμ' ἐμόν.

Ion 112 ὦ νεηθαλὲς ὦ κάλλιστον προπόλευμα δάφνας, ἃ σαίρεις [1]), quod dictum esse puto pro: ὦ νεηθαλὲς πρόπολε δάφνη, προπόλευμα „ministerium" concreto sensu

---

[1]) Römheld hoc minus recte inter traiectionis exempla habet.

adhibito pro *πρόπολος* „minister", quod exstat Helen. 576, Hippol 200, Aesch. Choeph. 358. —

Ut Herc. F. 181 *ὕβρισμα* de Centauris concreto sensu adhibetur, sic Androm. 261 de Andromache dicitur: *ὦ βάρβαρον σὺ θρέμμα καὶ σκληρὸν θράσος*, Ion. 204 de Chimaera: *τὰν πῦρ πνέουσαν ἐνκίρει τριτώματον ἄλκαν.* —

b. Eandem explicationem atque *τεθρίππους ἁμίλλας* [1]) admittunt:

Apud Aeschylum:

Prom. 852 *γένναι φεύγουσα συγγενῆ γάμον ἀνεψιῶν.*

γάμον participii vice fungente, *συγγενῆ γάμον ἀνεψιῶν* interpretor: *συγγενεῖς*. i. e. *ἀνεψιούς, γαμοῦντας.*

Prom. 147 *πέτραις προσκυκινόμενον ταῖσδ' ἀδαμαντοδέτοιδι λύμαις* [2]), i. e. *ἀδαμαντίνοις δεσμοῖς λυμαινομένοις* vel *λυμαντηρίοις* cf. ibid. vs. 991 *πρὶν ἂν χαλασθῇ δεσμὰ λυμαντήρια.*

Similiter *αἰκία* usurpatur:

Prom. 599 *σκιρτημάτων νήστισιν αἰκίαις λαβρόσυτος ἦλθον*, i. e. *σκιρτήμασι νήστισιν* [3]) *αἰκίζουσι*, „saltibus ieiunis, (corpori) nocentibus."

---

[1]) Vide pg. 12, 19.

[2]) Dettweiler: *λύμας τῶν ἀδαμαντίνων δεσμῶν.*

Frey putat epitheton traiectum esse a Prometheo, qui *ἀδαμαντόδετος* «adamante vinctus» est.

[3]) De epitheto *νῆστις* «ieiunus» cf. pag. 49.

Sept. 1064 κεῖνος δ' ὁ τάλας (Polynices scilicet) μονόκλαυτον ἔχων θρῆνον ἀδελφῆς, i. e. ἔχων μονόκλαυτον (solam lacrimantem) θρηνοῦσαν ἀδελφήν, quam interpretationem sustinet, ut mihi videtur, id quod praeit: σύ γε μήν (Eteocles scilicet) πολλῶν πενθητήρων τεύξῃ.

Choeph. 335 δίπαις σ' ἐπιτύμβιος θρῆνος ἀναστενάζει [1]) quod poetice dictum est pro: δύο παῖδες ἐπιτύμβιοι (in tumulo) θρηνοῦντες ἀναστενάζουσί σε. De ἐπιτύμβιος additum voci θρῆνος cf. ἀντὶ δὲ θρήνων ἐπιτυμβιδίων, Choeph. 342.

Suppl. 67. δυσμάτορος κότου τυχών, i. e. κακῆς μητρὸς κοτούσης.

Suppl. 1064. Ζεὺς ἀποστεροίη γάμον δυσάνορα, i. e. γαμοῦντας κακοὺς ἄνδρας. Cf. Prom. 852 συγγενῆ γάμον.

Suppl. 9 αὐτογενῆ τὸν Φυξάνορα [2]) γάμον ὀνοταζόμεναι Αἰγύπτου παίδων.

De hoc loco difficillimo cf. Oberdick in Commentario ad Suppl., qui, vertens: „die männerfliehende Heirat," dicit: „Φυξάνωρ wird der Bund genannt, weil er bewirkt, dasz sie die Männer fliehen." Notandum est in hoc loco ideo difficultatem inesse, quod vocabulum γάμος duplici vice fungitur et participii, scilicet αὐτογενῆ γάμον, i. q.

---

[1]) Dettweiler: θρῆνος δυοῖν παιδοιν, Dindorf: «a duobus liberis proficiscens»

[2]) Bamberger coniecit, quod plerique editores receperunt, αὐτογενεῖ φυξανορίᾳ. Sed cf. Schol. qui, explicans: γάμον φυγὴν ἀνδρῶν ἡμῖν ἐμποιοῦντα, sine dubio legit φυξάνορα. M. in textu habet: αὐτογενῆ τὸν φυλαξάνοραν (literis λα in rasura scriptis), in margine φυξάνορα.

αὐτογενεῖς γαμοῦντας, et nomen actionis, scilicet *τὸν Φυξάνορα γάμον*.

Φυξάνορες (cf. *στυγάνωρ*) proprie filiae Danai sunt, ab iis ad actionem *γάμον* translatum.

αὐτογενεῖς autem, „ex eodem genere nati" filii Aegypti sunt. Hoc epitheton sine traiectione substantivo *γάμον* additum est, ut Prom. 852 *συγγενῆ γάμον ἀνεψιῶν*, Suppl. 1064 *γάμον δυσάνορα*, ibid. 1054 *γάμον Αἰγυπτογενῆ*. —

Apud Euripidem:

Herc. F. 1272 *τετρασκελῆ Κενταυροπληθῆ πόλεμον*, i. e. *τετρασκελεῖς Κενταύρους πολεμοῦντας*.

Alc. 606 *ἀνδρῶν Φεραίων εὐμενὴς παρουσία*, i. e. *εὐμενεῖς ἄνδρες πάροντες*.

Herc. F. 883 *Γόργων ἑκατογκεφάλοις ὄφεων ἰαχήμασι* i. e. *ἑκατογκεφάλοις ὄφεσι ἰαχούσαις* cf. Vergil. Aen. 6 : 417 Cerberus trifauci latratu personat.

Herc. F. 1035 *πολύβροχ' ἀμμάτων ἐρείσματα Ἡράκλειον ἀμφὶ δέμας*, i. e. *πολύβροχα ἄμματα ἐρείδοντα*. Nam ita scripsit Euripides, *ὅτι δι' αὐτὰ Ἡρακλῆς εὖδων πρὸς κίον' ἐρείδεται καὶ ἐρειδόμενος τοῖς θεαταῖς προδείκνυται* (Barnes).

Med. 1010 *δόξης δ' ἐσφάλην εὐαγγέλου*, i. e. *δοκῶν εὐάγγελος* (scil. *εἶναι*) [1]).

---

[1]) Minus bene, ut opinor, Wecklein et Römheld interpretantur: *δόξα εὐαγγελίας*.

Suppl. 1137 *ἄυπνα τ'ὀμμάτων τέλη*, vigiliae oculorum somni expertes, i. e. oculi vigilantes somni expertes.

Troad. 79 *Ζεὺς πέμψει γνοφώδη αἰθέρος φυσήματα.*

Fortasse eodem modo etiam explicari potest:

Troad. 485 *ἃς δ' ἔθρεψα παρθένους εἰς ἀξίωμα νυμφίων ἐξαίρετον* i. e. *εἰς νυμφίους ἐξαιρέτους ἀξιοῦντας* (*αὐτάς*), et:

Troad. 564. *ἔν τε δεμνίοις καράτομος ἐρημία* [1]) *νεανίδων στέφανον ἔφερεν Ἑλλάδι*, i. e. *καράτομοι* (passive: capite detruncati) *ἔρημοι νεάνιδες.* —

Phoen. 1635 *σὺ δ' ἐκλιποῦσα τριπτύχους θρήνους νεκρῶν*, i. e. *τριπτύχους θρηνουμένους νεκρούς.* Quoniam autem hoc unicum exemplum exstat, ubi substantivum participii passivi vice fungitur, fortasse cum codicibus recentioribus scribere praestat *τριπτύχων.* [2])

Phoen. 1351 *λευκοπήχεις κτύπους χεροῖν*, i. q. *λευκοπήχεις κτυποῦσαι χεῖρες.* —

IV. Epitheton ad nomen collectivum refertur.

Huius generis dicendi, [3]) nostra quoque lingua probati, haec exempla leguntur:

---

[1]) Römheld hoc pg. 163 inter traiectionis exempla refert, sed pg. 200 interpretatur: «solitudo, qua efficitur, ut capita hominibus amputentur».

[2]) Frequentissimus Euripides est in usu epithetorum *δίπτυχος* et *τρίπτυχος* pro simplici nomine numerali, notione *τοῦ πτύσσειν* plane excussa, cf. Schmidt l. c. pg. 54. Römheld pg. 187.

[3]) Vide pg. 28.

Apud Aeschylum:

Prom. 723 Ἀμαζόνων στρατὸς στυγάνωρ. Sept. 59 ἐγγὺς γὰρ ἤδη πάνοπλος Ἀργείων στρατός, Agam. 652 τὸν δύστηνον Ἀργείων στρατόν, fr. 196 Λιγύων ἀτάρβητον στρατόν, Suppl. 933 γυναικῶν αὐτανέψιον στόλον, Pers. 53 Βαβύλων πάμμικτον ὄχλον πέμπει, Agam. 986 ναυβάτας στρατός, Sept. 170 ἑτερόφωνος στρατός, cf. 1186 χορὸς σύμφθογγος, οὐκ εὔφωνος, 1200 ἀλαλόθρουν πόλιν. Prom. 804 τὸν μουνῶπα στρατὸν Ἀρίμασπον ἱπποβάμονα, Pers. 65 ὁ περσέπτολις στρατός.

Suppl. 182 ὄχλον ὑπασπιστῆρα καὶ δορυσσόον [1]), ibid. 234 ὅμιλον τόνδε ἀνελληνόστολον. [2])

Pers. 432 πλῆθος τοσουτάριθμον ἀνδρῶν. Sept. 302 πόλιν καὶ στρατὸν Καδμογενῆ (a Cadmo descendens.) [3])

Prom. 853 πέμπτη γένναι πεντηκοντάπαις (quinquaginta filios habens). fr. 368 τέθριππον ζεῦγος. [4])

Agam. 45 χιλιοναύτης (i. q. χιλιόναυς „mille naves habens", cf. infra Orest. 352) στόλος, Pers. 416 κωπήρη [5]) στόλον, cf. ibid. 408 χαλκήρης στόλος, „remis instructus", Pers. 56 μαχαιροφόρον ἔθνος. Pers. 1028 ναύφαρκτον [6]) ὅμιλον.

---

[1]) Idem epitheton infra Heracl. 774, Sept. 125 δορυσσόοις σάγαις de quo vide pg. 64.

[2]) Schol.: τὸν οὐχ Ἕλληνα κατὰ στολήν.

[3]) cf. Eurip. Phoen. 808 Καδμογενῆ γέννην.

[4]) Cod. τεθρίππων ζεῦγος. Sed. cf. Eurip. fr. 359 ζεῦγος τριπάρθενον

[5]) Idem epitheton legitur: Troad. 160 κωπήρης χείρ, Hel. 1397 κωπῆρες σκάφος.

[6]) Eurip. Iph. A 1259 ναύφαρκτον στράτευμα. De Sept. 950 Ἰάνων ναύφαρκτος Ἄρης cf. pg. 52.

Apud Euripidem:

Hippol. 54 πολὺς δ' ἀμ' αὐτῷ προσπόλων ὀπισθόπους κῶμος, cf. ibid. 1179 μυρία δ'ὀπισθόπους φίλων ἡλίκων ὁμήγυρις. Herc. F. 364 ὀρεινόμον ἀγρίων Κενταύρων γένναν, Suppl. 1220 χαλκοπληθῆ Δαναϊδῶν στρατόν, Phoen. 1099 λεύκασπιν Ἀργείων στρατόν, Iph. T. 273 τὸν εὐγενῆ ἔτικτε πεντήκοντα Νηρῇδων χόρον. Iph. A. 1059 θίασος ἔμολεν ἱπποβάτας [1]) Κενταύρων, Phoen. 795 Σπαρτῶν γένναν, ἀσπιδοφέρμονα, θίασον, εὔοπλον. Androm. 1114 ξιφήρης λόχος (cf. supra Aesch. Pers. 408, 416).

Phoen. 821 ὀδοντοφυὴς γέννα (de Spartis), frg. 462/7 φιλοστέφανοι κῶμοι, Hecub. 1089 Θρῄκης λογχοφόρον ἔνοπλον εὔιππον γένος. Heracl. 774 δορυσσοῦν στρατόν (cf. supra Aesch. Suppl. 182). Alc. 918 πολυάχητος εἵπετο κῶμος. Suppl. 390 κῶμον τὸν ἐμὸν ἀσπιδηφόρον. Bacch. 531 στεφανηφόρους θιάσους, Phoen. 149 πάνοπλος ὄχλος. Orest. 319 ἀβάκχευτος θίασος, Hecub. 607 ἀκόλαστος ὄχλος. Bacch. 1335 ἀναρίθμῳ στρατεύματι, Phoen. 791 κῶμον ἀναυλότατον, Orest. 352 χιλιόναυν στρατόν, (cf. supra Agam. 45), fr. 359 ζεῦγος τριπάρθενον, (cf. Aeschyl. fr. 368), Orest. 989 τεθριπποβάμων [2]) στόλος.

---

[1]) ἱπποβάτας bene scribendum proposuit pro ἱπποβότας Th. Gompertz Rhein. Mus. XI : 470, coll. Soph. Trach. 1085 ἄμικτον ἱπποβάμονα στρατὸν ἠρῶν (de Centauris).

[2]) Alia epitheta in -βάμων exeuntia sunt: ἱπποβάμων Prom. 804 (vide supra pg. 97). Soph. Trach. 1095 ἄμικτον ἱπποβάμονα στρατὸν ἠρῶν,

V. Epitheta composita ad analogiam adiectivorum possessivorum cum substantivis coniunguntur.

Ut *ναύΦθορος στολή*, *ναύΦθοροι πέπλοι*, de quibus egimus pg. 17, dicta sunt:

Apud Aeschylum:

Sept. 204 *ἀκούσασα τὸν ἁρματόκτυπον* [1]) *ὄτοβον*, i. e. *ἁρματεῖον ὄτοβον*, „wagengeratel", fere idem, quod dicit poeta vs. 151 *ὄτοβον ἁρμάτων ἀμΦὶ πόλιν κλύω*; cf. Suppl. 35

«equo vectus», vel «equino gressu utens» (Ellendt), qua significatione etiam usurpatur epitheton Aesch. Suppl. 272 *ἱππoβάμοσιν καμήλοις*, «equino gressu utentes», i. e. qui equorum instar incedunt. *λεοντοβάμων* Aesch. fr. 224 *σκάΦη λεοντοβάμων*, i. e. vas, quod pedibus leoninis nititur. *σκηπτροβάμων* Soph. frg. 766 *ὁ σκηπτροβάμων αἰέτος, κύων Διός*, «aquila sceptro insedens», *τριτοβάμων* Troad. 275 *τριτοβάμων βάκτρον* «baculum, quod pro tertio pede est». De his cf. J. Schmidt l. c. pg. 18. *τετραβάμων* «quadrupes» legitur Eurip. Elect. 476 *τετραβάμονες ἵπποι*. Mirum in modum Troad. 516 *τετραβάμονος ὑπ' ἀπήνης*, de equo Troiano, quod per «quattuor rotis vectus» explicatur. Van Herwerden correxit *τετραβάμονος ὑπὸ ποίνης* «de viervoetige zoening», quod optime de equo Troiano dici potest. Non minus audax quam *τετραβάμων ποίνη* est apud Verg. Aen. 8 : 596 locus notissimus «quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum». De Phoen. 809 *τετραβάμοσι χηλαῖς*, Hel. 378 *τετραβάμοσι γυίοις* cf. pg. 7. Phoen 793 *δινεύεις ἅρμασι καὶ ψηλίοις τετραβάμοσι μώνυχα πῶλον*, ubi Hartung *τετραβάμονα* legit, ut Elect. 476 *τετραβάμονες ἵπποι*. Fortasse *τετραβάμοσι* retineri potest coll. *ἅρμα λευκόν* Phoen. 172, ubi Schol. annotat: *λευκὸν τὸ ἅρμα φησὶ διὰ τοὺς ἵππους*.

[1]) Perverse Frey l. c. pg. 62: «epitheton traiectum est a terra».

λαίλαπι χειμωνοτύπῳ, „winterstorm", et Agam. 656 σὺν ζάλῃ ὀμβροκτύπῳ, „regenstorm." Secundum membrum in his compositis additum tantum est, ut plenior fiat oratio. [1])

Pers. 106 ἱππιοχάρμας κλόνους, „ruitergewoel". Ἱππιοχάρμης substantivum legitur Pers. 29 Ἀρτεμβάρης θ' ἱππιοχάρμης, „ex equo pugnans, eques". Cetèrum non liquet, utrum adiectiva in -χάρμης significationem habeant „gaudendi" an „pugnandi." In Homerico ἱππιοχάρμης (subst.) Il. 24 : 257, Od. 11 : 259 probabiliter secundum membrum notionem pugnae habet. Pind. Ol. 1 : 23 ἱπποχάρμης βασιλεύς, Pyth. 2 : 2 σιδηροχάρμης, epitheton equorum, Isth. 5 : 26 χαλκοχάρμης πόλεμος, Pyth. 5 : 82 χαλκοχάρμαι ξένοι, „ferro, aere, aut gaudens, aut pugnans".

Ad ἱππιοχάρμας κλόνους cf. Agam. 402 λιποῦσα δ' ἀστοῖσιν ἀσπίστορας κλόνους λογχίμους τε καὶ ναυβάτας ὁπλίσμους, i. e. „schild- en lansgedrang", „matrozenuitrustingen".

Agam. 210 μιαίνων παρθενοσφάγοισιν ῥείθροις πατρῴους χέρας, idem fere quod παρθενείοις ῥείθροις, „sanguine virgineo". [2]) —

Eumen. 212 οὐκ ἄν γένοιθ' ὅμαιμος φόνος i. e. verwantenmoord", cf..

---

[1]) Cf. pg. 10.

[2]) Male Dindorf Lexic. s. v.: «in virginis caede effussus».

Suppl. 449 ὅπως δ' ὅμαιμον αἷμα μὴ γενήσεται, ubi αἷμα pro φόνος usurpatur, cf. ex Euripide Herc. F. 1076, Suppl. 148, Orest. 411 infra. —

Eumen. 281 μητροκτόνον μίασμα [1]), „moedermoord - bezoedeling", quod licet comparare cum Eurip. Iph. T. 1200 κῆλις μητροκτόνος, Herc. F. 1155, τεκνοκτόνον μύσος. Med. 1268 ὁμογενῆ μιάσματα „verwanten - bezoedeling".

Suppl. 28 ἱκέτην θηλυγενῆ στόλον, i. e. „smeekende vrouwenschaar", cf. versu sequente ἀρσενοπλήθῃ δ' ἑσμὸν ὑβριστὴν Αἰγυπτογενῆ. Similiter:

Pers. 122 γυναικοπλήθὴς ὄμιλος, quod Euripides imitatus est Alc. 955 γυναικοπλήθεῖς ξύλλογοι, ubi γυναικοπλήθής proprie „mulieribus repletus" significans, additum substantivis idem valet ac γυναικεῖος, secundo membro pervenuste notionem multitudinis augente.

Alia adiectiva cum πλήθής composita sunt: κενταυροπλήθής, Herc. F. 1272 (vide pg. 95), χαλκοπλήθής Suppl. 1219, οἰνοπλήθής, Hom. Od. 15 : 406. χειροπλήθής Xen. Anab. 3 : 3 : 17, quod active dictum est „manum implens", ut Phoen. 1165 ἁμαξοπλήθῃ λᾶαν, „currum implens". Alludens ad γυναικοπλήθής Arist. Eccl. 387 finxit λευκοπλήθὴς ἐκκλησία, i. e. albis (scilicet mulieribus) repleta. —

---

[1]) De Choeph. 1028 πατροκτόνον μίασμα, Eumen. 169 ἐφεστίῳ μιάσματι vide pg. 91. —

Agam. 1134 πολυεπεῖς τέχναι θεσπιῳδοὶ Φόβον Φέρουσιν τέχναι θεσπιῳδοί, i. q. „waarzeggerskunsten". [1]) —

Choeph. 914 ἐς δόμους δορυξένους Idem habemus:

„ 562 ξένος τε κἀκ δορυξένων δόμων ex coniectura satis probabili Weilii [2]) pro textu quem codices praebent: ξένος τε κἀκ δορύξενος δόμων. Non enim Orestes tamquam hospes Clytaemestrae in domum venit. —

Choeph. 75 ἀνάγκαν γὰρ ἀμφίπτολιν θεοὶ προσήνεγκαν.

Hermann: necessitas duplicis sedis. Schol. ἐκ διαφόρων πόλεων explicans refert ad Euripidem Androm. 465 ἀμφιμάτορες κοῦροι cf. Hesych: ἀμφιμάτορες οἱ ἐκ πολλῶν (van Herwerden [3]) ἐξ ἄλλων coniecit) μητέρων γεγονότες ἀδελφοί. Αἰσχύλος Ἡρακλείδαις (fr. 70). Itaque ἀμφίπτολις est qui duplicem patriam habet, ut ἀμφιμάτορες ii sunt, qui duas matres habent. Non recte Blomfield interpretatus est: „necessitatem urbi circumdatam", ut patet ex eo quod sequitur: ἐκ γὰρ οἴκων πατρῴων δούλιον ἐσᾶγον αἶσαν, quae verba explicant illud ἀμφίπτολιν ἀνάγκαν. —

Prom. 389 δακρυσίστακτον ῥέος, „tranenvloed".

„ 789 ἀντολαὶ ἡλιοστιβεῖς, „zonsopgang". —

Apud Euripidem:

---

[1]) Cod. praebent θεσπιῳδόν ad φόβον pertinentem «profetenvrees».

[2]) Remarques sur Aeschyle. Revue de Philol. 1881 pg. 74.

[3]) Emendationes selectae in Hesychium, Verslagen en Mededeelingen Academie 3e reeks, Deel XI.

Med. 1268 *ὁμογενῆ μιάσματα*, cf. Eumen. 281 supra pg. 101.

Hippol. 952 *δι' ἀψύχου βορᾶς* „plantenkost".

Hecub. 362 *προσθεὶς ἀνάγκαν σιτοποιόν*, i. e. *τοῦ σιτοποιεῖν*.

„ 254 *ὅσοι δημηγόρους ζηλοῦτε τιμάς* „redenaarseer", cf. quod similem in modum expressum est: Troad. 196 *ἀρχάγους εἶχον τιμάς*. Sed Aeschylus Suppl. 623 *δημηγόρους ἤκουσεν εὐπιθεῖς στροφὰς δῆμος Πελάσγων*, epitheton *δημήγορος* passivum habet sensum: „in contione dictus".

Herc. F. 1155 *τεκνοκτόνον μύσος εἰς ὅμμαθ' ἥξει φιλτάτων ξένων ἐμῶν* „kindermoord-bezoedeling", cf. Eumen. 281 supra pg. 101.

Herc. F. 1076 *εἴ με κανεῖ πατέρ' ὄντα, πρὸς Ἐρινύσι αἷμα σύγγονον ἕξει*, Suppl. 148 *αἷμα συγγενὲς φεύγων*, Orest. 411 *συγγενεῖ φόνῳ*, „verwantenmoord".

Suppl. 604 *στερνοτυπεῖς κτύποι*, quod fere nihil discrepat a *στέρνων κτύποι* ibid. vs. 87.

Alc. 549 *κλήσατε θύρας μεσαύλους* „hofdeur".

Iph. T. 53 *τέχνην ξενοκτόνον* i. e. *ξενοκτονίας*, cf. vs. 776 *ξενοφόνους τιμὰς ἔχω*.

Elect. 865 *ἐπάειδε καλλίνικον ᾠδὰν ἐμῷ χόρῳ*, i. e. pulchrum cantum triumphalem (overwinningslied). Cf. *ἀλώσιμος παιᾶν* Sept. 618.

Iph. A. 1574 *αἷμα καλλιπαρθένου δέρης*, quod non multum differt a *παρθενείας δέρης*, notione „pulchri" insuper addita.

Iph. T. 949. ξενία μονοτράπεζά μοι παρέσχον. —

Haec sunt, quae scribere in hoc libello mihi proposui. Ex iis, quae protuli, haec concludi posse censeo:

1° Re vera substantivis epitheta ita adiungi, ut horum coniunctio tantum per traiectionem explicari possit.

2° Huius traiectionis causam esse, quod rebus epitheta addantur, quae proprie ad personam referenda sint.

3° Nihil referre, utrum substantivo cum epitheto coniuncto alterum substantivum casu genetivo adsit, necne.

4° Contra in alia substantivi functione aliter quoque explicandum esse epitheti cum illo substantivo vinculum.

5° Utrumque poetam, Aeschylum et Euripidem, in artificiosiore epithetorum compositorum usu prorsus conspirare quod ipsum ab initio, cum in illum usum inquirere coepi, putavi, et nunc exemplis allatis atque percensis manifestius apparet.

THESES.

THESES.

I.

Antig. 211:

σοὶ ταῦτ' ἀρέσκει, παῖ Μενοικέως Κρέον,
τὸν τῇδε δύσνουν καὶ τὸν εὐμενῆ πόλει.

Legendum est: σὺ ταῦτα ῥέξεις.

II.

Aesch. Suppl. 254 (Dindorf):

καὶ πᾶσαν αἶαν, ἧς δι' ἀγνὸς ἔρχεται
Στρύμων, τὸ πρὸς δύνοντος ἡλίου κρατῶ.

Propono: πᾶσαν αἶαν, ἣν διέρχετ' Ἄξιος
Στρύμων τε πρὸς δύνοντος ἡλίου, κρατῶ.

III.

Agam. 947:

καὶ τοῖσδε μ' ἐμβαίνονθ' ἁλουργέσιν, θεῶν
μή τις πρόσωθεν ὄμματος βάλοι φθόνος.

Pro φθόνος lege φθόνῳ

IV.

Sept. 351:

ἁρπαγαὶ δὲ διαδρομᾶν ὁμαίμονες.

Propono: ἁρπαγαὶ δὲ διάδρομοι διαίμονες.

V.

Oed. R. 317:

ταῦτα γὰρ καλῶς ἐγὼ
εἰδὼς διώλεσα.

Legendum est: ταῦτά περ.

VI.

Helena 342:

πότερα δέρκεται Φάος
τέθριππα Θ' ἁλίου
κέλευθά τ' ἀστέρων.

Legatur: Φάος τέθριππον ἁλίου.

In stropha: ἀγῶνας ἐνδὸν ὡς
πύϑησϑε τοὺς ἐμούς.

VII.

Eurip. Elect. 98:

Φασὶ γάρ νιν ἐν γάμοις
ζευχϑεῖσαν οἰκεῖν οὐδὲ παρϑένον μένειν.

Legendum est: ἐν τ' ἄγροις ζευχϑεῖσαν οἰκεῖν οὔτε παρϑένον μένειν.

VIII.

Eurip. Elect. 44:

ἤν οὔποθ' ἀνὴρ ὅδε .... ἤσχυνεν εὐνῆ.

Melius est: ἧς .... ἤσχυνεν εὐνήν.

IX.

Thucyd. Lib. II : 49: τὸ μὲν ἔξωθεν ἀπτομένῳ σῶμα οὔτε ἄγαν θερμὸν ἦν οὔτε χλωρόν, ἀλλ' ὑπέρυθρον, ...; τὰ δὲ ἐντὸς οὕτως ἐκάετο.

Delenda sunt verba ἀπτομένῳ σῶμα ut glossema.

X.

Pind. Pyth. 4 : 167 :

καρτερὸς

ὅρκος ἄμμιν μάρτυς ἔστω Ζεὺς ὁ γενέθλιος

Legendum est: καρτερὸς ἄμμιν ὅρκου μάρτυς.

XI.

Tacit. Ann. IV : 3. Postquam primi flagitii potitus est.

Pro primi lege prima.

XII.

Vergil. Aen. VI : 407 :

„At ramum hunc . . . .

Agnoscas. Tumida ex ira tum corda residunt."

Recepto residant, tumida sqq. pro verbis Sibyllae habenda sunt.

XIII.

Ovid. Metam. IX : 196 visaque deieci.

Lege : disieci.

XIV.

Caesar B. G. I : 26 : 4: Diu cum esset pugnatum, impedimentis castrisque nostri potiti sunt.

Pro castrisque legendum est carrisque.

XV.

Cicero pro Ligario § 22: Nam si crimen est voluisse, non minus magnum est vos Africam, arcem omnium provinciarum..... obtinere voluisse, quam aliquem se maluisse.

Delendum est primum voluisse.

XVI.

Livius 21 : 18 : 8: Itaque quoniam discerni placet, quid publico consilio, quid sua sponte imperatores faciant sqq.

Ante placet inserendum est non.

XVII.

Livius 30 : 16 : 4: Qui ubi in castra Romana et in praetorium pervenerunt, more adulantium procubuerunt.

Adulantium mutandum est in adorantium.

XVIII.

Vergil. Aen. IV : 468.

Ire viam et Tyrios deserta quaerere terra.

Cum Schradero lege pro Tyrios Teucros, vel Phrygios.

XIX.

De historische betrouwbaarheid van Plato's Apologie wordt ten onrechte door Schanz in de inleiding van zijne uitgave 1893 sterk betwijfeld.

XX.

Betreffende de invallen der Galliers na het jaar 391 v. Chr. is Livius (VI : 42; VII : 9 sqq.) minder geloofwaardig dan Polybius (VI : 18).

XXI.

Het bij Appianus de bello Hannib. 14 en bij Zonaras VIII : 26 voorkomende verhaal, dat Hannibal in het jaar 217 v. Chr. eenige duizenden krijgsgevangenen liet ombrengen is onhistorisch.

XXII.

Ten onrechte plaatst Busolt, Griech. Geschichte II. pg. 39, den zeeslag bij Lade in het jaar 497 v. Chr.

THE BORROWER WILL BE CHARGED AN OVERDUE FEE IF THIS BOOK IS NOT RETURNED TO THE LIBRARY ON OR BEFORE THE LAST DATE STAMPED BELOW. NON-RECEIPT OF OVERDUE NOTICES DOES NOT EXEMPT THE BORROWER FROM OVERDUE FEES.

CANCELLED
BOOK DUE
JUL 11 1981
JUN 15 1981
2113497

CANCELLED
BOOK DUE
JUL 15 1982
JUL 15 1982

MAR 25 1982

Ga 9.653
Quaestiones de epithetorum composit
Widener Library
001781350
3 2044 085 082 360